

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot
Eruditorum desideriis adhuc expetitur

**Chemnitz, Martin
Leyser, Polycarp
Gerhard, Johann**

Hamburgi, MDCCIII

VD18 90617681

Caput XCII. Continens Christi Concionem Contra Primatum Pro Humilitate,
De Cavendo Scandalo Pusillorum, Deque Fratres Corripiendo: Cui
Interponitur Historia, Quomodo Apostoli Cuidam, Qui Christum Non ...

urn:nbn:de:gbv:45:1-18203

omnia in terra, aere & mari ipsi subiecta esse. Nam unde hic piscis, qui staterem deglutierat, sic directè primus in hamum Petri inilit? cum teste Habacuc cap. 1. vers. 14. pisces in mari sine duce & principe ferantur. Nimirum Christus Jesus ipso facto demonstrare voluit, se superni & æterni illius regis filium esse, cui omnes creaturæ obedire cogantur, & qui verè à censu atque tributo immunis sit. Discant hinc Calviniani, nisi ad discendum dudum deperditi sint, quid de Christi hominis omniscientia & omnipotentia secundum Scripturam credere debeant. Ipse enim adhuc in statu exinanitionis constitutus, scivit ea, quæ ab omni humana scientia fuerunt abditissima. Prævenit Petrum, cum eo differens de illis, de quibus ipsum monere voluerat. Scivit staterem inesse in ore piscis, eumque ad hamum Petri duxit, quod aliàs omnium hominum notitiam longissimè effugiebat. Consimilia exempla omniscientiæ Christi plurima in Evangelio habemus. Sed præter omniscientiæ testimonium etiam omnipotentia argumentum hinc habemus. Ostendit enim se cœli, terræ, & maris, omniumque quæ in eo sunt, Dominum esse. Sicut etiam

aliàs ventis & mari interminatur, sicque exortam tempestatem uno verbo sedat. Si verò hæc & similia præstitit in exinanitionis statu, quanto minus ipsi omniscientiæ & omnipotentia laudem nunc derogare debemus, postquam per statum exaltationis ingressus est in gloriam suam, & nunc plenus Dominus constitutus est super omnia opera manuum Dei, & omnia subiecta sunt pedibus ipsius? Psalm. 8. v. 7.

Quòd postremò Christus Petro dixit: da staterem loco tributi *pro me & te*: ex eo Pontificii Petri prærogativam & primatum stabilire conatur: quia Christus ipsum non tantum miraculi executores, sed etiam sui juris participem fecerit. Sed valde infirma est hæc ratiocinatio. Nam CHRISTUS Capernaumi solitus est in Petri ædes divertere. Hospitem ergo suum donatione tributi remunerare voluit. Si apud Andream divertisset, qui & ipse Capernaumi ædes habuit, idem absque dubio is beneficium ab ipso accepisset. Petrum denique multas prærogativas habuisse ultrò fatemur, quòd verò ex illis talis Primatus enascatur, qualem Papistæ comminiscuntur, id nunquam probare possunt.

C A P U T X C I I .

CONTINENS CHRISTI CONCIONEM CONTRA PRIMATUM PRO HUMILITATE, DE CAVENDO SCANDALO PUSILLORUM, DEQUE FRATRE CORRIPIENDO: CUI INTERPONITUR HISTORIA, QUOMODO APOSTOLI CUIDAM, QUI CHRISTUM NON SEQVEBATUR, INTERDIXERINT, NE DIABOLOS IN CHRISTI NOMINE EXPELLERET. MATTH. 18. v. 1.

MARC. 9. v. 33. & LUC. 9. v. 46.

R A T I O O R D I N I S

Post solutionem didrachmorum in eadem domo, ut Marcus habet, & eadem hora, ut Matthæus testatur, facta est explicatio quæstionis de primatu. Quæ disputatio in itinere initium sumferat. Christus autem primatus ambitum tam severè rejicit, ut talibus ne infimum quidem locum in regno Dei deberi testetur. Suis autem vice versa humilitatem commendat, non tantum proposito exemplo puelli, quem amplexatus est, ut ostenderet, quam sibi grata esset humilis infirmitas suorum, sed etiam additis aliquot argumentis. Quibus animos suorum Apostolorum ita percutit, ut Johannes sermonem ejus interruperit, & quæstionem proposuerit de quodam, qui cum publice Christum non sectaretur, & tamen in nomine ipsius dæmonia eiceret, an talis esset prohibendus, prout ipsi fecerant? Nimirum propria conscientia ipsi dictabat, interdictum illud ex

ambitione prodissè: & intelligebat, Christum in sua concione non potissimum de illis, qui atate, sed qui infirmitate pueri essent, loqui. Quæ de causa etiam CHRISTUS pronuntiat, hunc potius recipiendum, fovendum, adque ad se adducendum, quàm absterrendum fuisse. Ab hac vero hypothesi transit ad thesin, & in genere de scandalo gravissimè concionatur, ostendens, scandala noxia esse, non tantum illis, qui ea præbent, sed etiam qui pariuntur. Monens simul, quando velimus scandala vitare, ut non tantum ad alios homines respiciamus, sed caveamus, ne proprii oculi, manus & pedes nobis offendiculum præbeant. Rursus, ne sub prætextu offendiculi, quod pusilli capere possent, putet quis, omnem correptionem à Christo sublatam esse, hujus etiam verum modum tradit & ostendit. Cum ergo, ut patet, hæc omnia inter se coherent, uno etiam Capite ea expedire studebimus.

CON.

CONCIO CHRISTI DE HUMILITATE CONTRA PRIMATUM, DE VITANDO SCANDALO, DE FRATRE CORRIPIENDO.

MATTH. 18.

- 1. Εν εκείνη τῇ ᾠρᾳ προσήλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ λέγοντες· τίς ἀρετὴ μείζων ἔσται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν;
- 2. Καὶ ἀπεκρίθη αὐτοῖς ὁ Ἰησοῦς παθὼν, ἔσθω ἐν μέσῳ αὐτῶν.
- 3. Καὶ εἶπεν· Ἀμὲν λέγω ὑμῖν, εἰ μὴ στραφῆτε καὶ ᾠθήσθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσελθῆτε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν.
- 4. Ὅστις ἂν παπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τῶν οὐρανῶν, ὁ ἕκτος ἔσται ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν.
- 5. Καὶ ἄν τις ἀδελφὸν ἑαυτοῦ ἴδῃ ἐν ᾧ τὸ ὄνοματί μου, καὶ ἐμὲ δεχέσθαι.
- 6. Ὅς ἂν σκανδαλίσῃ ἓνα τῶν μικρῶν τούτων, τὸ πνεύματον, εἰς ἕμἐν, συμφείσει αὐτῷ, ἵνα κερμασθῇ μύλιον ὀνίκου ἐν τῇ τρεαχλῶν αὐτοῦ, καὶ καταποσθῇ ἐν τῷ πελάγῳ τῆς θαλάσσης.
- 7. Οὐαὶ τῷ κοσμοῦ διὰ τὸ σκανδαλῶσαι αἰάγκη γὰρ ἔστιν ἐλθεῖν τὸ σκανδαλῶσαι. Πλὴν εἰ τὸ ἀνθρώπου ἐκείνου, διὰ τὸ σκανδαλῶσαι ἕρχεται.
- 8. Εἰ ἢ ἡ χεὶρ σου, ἢ ὁ πῶς σου σκανδαλίζει σε, ἐκκοψον αὐτήν, καὶ βάλε δάσπε. καλὸν σοὶ ἔστιν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χαλῶν ἢ κυλλῶν, ἢ δύο χεῖρας ἢ δύο πόδας ἔχειν βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ τοῦ αἰωνίου.
- 9. Καὶ εἰ ὁ ὄφθαλμός σου σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτόν, καὶ βάλε δάσπε. καλὸν σοὶ ἔστιν μορφθῆναι εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν ἢ δύο ὄφθαλμοὺς ἔχειν βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν ἕν πυρός.
- 10. Ὅρατε μὴ καθίσθωσιν ἐπὶ τῶν μικρῶν τούτων. λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ ἀγγελοὶ αὐτῶν ἐν οὐρανοῖς διὰ πάντες βλέπουσιν τὰ προσώπων ἕν πατρὸς μου ἕν οὐρανοῖς.
- 11. Ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου σώσαι τὸ δόλοπλοῦτον.
- 12. Τί ὑμῖν δοκεῖ; εἰ μὴ ᾠθηται ἡν ἀνθρώπου ἑκατὸν πρεβασίαι, καὶ σπληνηθῇ ἐν ἑξ αὐτῶν, καὶ ἀφῆσται τὰ εννενηκοντα συνέα ἐπὶ τῆ ὄρη, πρὸς εἰς τὸ πτωλῶμα;
- 13. Καὶ εἰ μὴ ᾠθηται ἑνὴν αὐτῶν, ἀμὲν λέγω ὑμῖν, ὅτι χαίρει ἐπὶ αὐτῷ μάλλον, ἢ ἐπὶ τοῖς εννενηκοντα συνεα τοῖς μὴ πτωλῶμα.
- 14. Οὕτως σὰν ἐστὶν θέλημα ἐμοῦ πρὸς τὸν πατέρα μου ἕν οὐρανοῖς, ἵνα δόλοπλοῦται εἰς τὸν μικρῶν τούτων.
- 15. Εἰ μὴ ᾠμαρτήσῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ὑπάγε, καὶ ἐλεγξον αὐτόν μετ' ἐξ ἑσέως καὶ αὐτὸς μόνος. Εἰ μὴ ἀκούσῃ, ἐκέρδησας τὸν ἀδελφόν σου.
- 16. Εἰ μὴ ἀκούσῃ, παραλαβὲ μετ' σὲ ἑλθὲ ἓνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ σοματῶν δύο μαρτυρῶν ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥήμα.
- 17. Εἰ μὴ ἀκούσῃ αὐτῶν, εἶπε τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ εἰ μὴ ἀκούσῃ ἐκκλησίας, πρὸς τὸν πατέρα μου ὁ ἐδνικὸς καὶ ὁ τελαῖτης.
- 18. Ἀμὲν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰ μὴ ᾠθησῆτε ἐπὶ τῆ γῆς, ἕως δεδημῶσαι ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ὅσα εἰ μὴ λύσῃτε ἐπὶ τῆ γῆς, ἕως αὐτὰ λελυμῶσαι ἐν τῷ οὐρανῷ.
- 19. Πάλιν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰ μὴ δύο ὑμῶν συμφωνήσωσιν ἐπὶ τῆ γῆς, περὶ πάντος πράγματος, οὐ μὴ αἰτήσῃ τὸ ᾠθησῆται αὐτοῖς ὁ πατήρ μου ἕν οὐρανοῖς.
- 20. Ὅτι γὰρ εἰσὶ δύο ἢ τρεῖς συνηγημένοι εἰς τὸ ἑμὸν ὄνομα, ἐκεῖ ἐμὲ ἐν μέσῳ αὐτῶν.

- 1. In illo tempore accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis maximus est in regna caelorum?
- 2. Et accersitum ad se puerum Jesus, statuit in medio illorum.
- 3. Et dixit: Amen, dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicuti puelli, non ingrediemini in regnum caelorum.
- 4. Quisquis igitur demiserit semetipsum sicut est puellus iste, hic est ille maximus in regno caelorum.
- 5. Et qui recipit unum puellum talem in nomine meo, me recipit.
- 6. Qui vero offenderit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collum ejus, ac demergatur in profundum maris.
- 7. Va mundo ab offendiculis: necesse est enim ut veniant offendicula. Veruntamen va homini, per quem offendiculum venit.
- 8. Quod si manus tua, vel pes tuus obstruculo est tibi, abscinde eum et projice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi claudum aut mutilum, potius, quam duos pedes habentem, mitti in ignem aeternum.
- 9. Et si oculus tuus offendit te, erue eum, et projice abs te. Bonum est tibi, ut luteus intres in vitam, potius, quam ut duos oculos habens, mittaris in gehennam ignis.
- 10. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quod Angeli eorum in caelis semper vident faciem patris mei, qui in caelis est.
- 11. Venit enim filius hominis servare quod perierat.
- 12. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui homini centum oves, et erraverit una ex eis, nonne relicta nonaginta novem in montibus vadit, et quarit eam quae erraverit?
- 13. Et si contigerit, ut inveniat eam, Amen dico vobis, gaudet super ea magis, quam super nonaginta novem, quae non erraverunt.
- 14. Sic non est voluntas coram patre vestro qui in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis.
- 15. Porro si peccaverit in te frater tuus, vade et argue eum inter te et ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum.
- 16. Sin vero te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium testimonium consistat omne verbum.
- 17. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiae, quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut Ethnicus et publicanus.
- 18. Amen dico vobis, quaecumque alligaveritis super terram, erunt ligata in caelo: et quaecumque solveritis super terram, erunt soluta in caelo.
- 19. Rursum dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est.
- 20. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

MARC. 9.

- 33. Καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ ἡρώδου ὁ Πιλάτος αὐτοὺς· τί ἐν τῇ ὁδοῦ πρὸς αὐτοὺς διελογίζεσθε;
- 34. Οἱ ἤ ἐσιώπων. πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελογίζησαν ἐν τῇ ὁδοῦ, τίς μείζων.
- 35. Καὶ καθίσας, ἐφώνησε αὐτοῖς δώδεκα, καὶ λέγει αὐτοῖς· εἰ τις θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσται πάντων ἔσχατος, καὶ πάντων Διάκονος.
- 36. Καὶ λαβὼν παιδίον ἔσθην ἐν μέσῳ αὐτῶν, καὶ ἐναγκαλιζάμενος αὐτό, εἶπεν αὐτοῖς.
- 37. Ὃς ἐάν ἐν τῶν παιδίων δεξήται ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δεχεται. Καὶ ὃς ἐάν ἐμὲ δεξήται, σὺκ ἐμὲ δεχεται, ἀλλὰ τὸν ὄπισθεν αἰλάντα με.
- 38. Ἀπεκλήθη ἡ αὐτῶ ὁ Ἰωάννης, λέγων· διδάσκαλε, εἰδομένου τινα ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐκβάλλοντα δαίμονια, ὃς σὺκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, καὶ ἐκωλύσαμεν αὐτοῖ, ὅτι σὺκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν.
- 39. Ὁ Ἰησοῦς εἶπε· μὴ κωλύετε αὐτὸν, ὅτι ὁ θεὸς γὰρ ὄζειν, ὃς ποιῆσθαι δύναμις ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, καὶ δύνησεται χυτὰ κακολογήσῃ με.
- 40. Ὃς γὰρ σὺκ ἐστὶ καθ' ἡμῶν, ὑπερ ἡμῶν ὄζειν.
- 41. Ὃς γὰρ ἀνὰ πίστην ὑμῶν ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματί μου, ὃ ἔχεις ἔσθαι, ἀμείλιον λέγω ὑμῖν, ἢ μὴ λαλοῦσθαι τὸν μισθὸν αὐτοῦ.
- 42. Καὶ ὃς ἀνὰ σκανδαλίση ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, καλὸν ὄζειν αὐτῷ μάλλον, ἢ εἰ παρῆται λίθος μωλικὸς περὶ τὸν τραχήλῳ αὐτοῦ καὶ βέβληται εἰς ἐπὶ θάλασσαν.
- 43. Καὶ ἐάν σκανδαλίση ἡ σὴ χεὶρ σου, ἀπόκοψον αὐτήν, καλὸν σοὶ ὄζειν, καὶ ἄλλο ἐἶναι εἰσελθεῖν, ἢ τὰς δύο χεῖρας ἔχοντα εἰσελθεῖν εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἀσβέσον.
- 44. Ὅπως ὁ σκώληξ αὐτῶν ἔσται πλεονάζων καὶ τὸ πῦρ ἔσβέννυται.
- 45. Καὶ ἐάν ὁ πῶς σου σκανδαλίση σε, ἀπόκοψον αὐτόν, καλὸν σοὶ εἶναι εἰσελθεῖν εἰς τὴν γέενναν χωλὸν, ἢ αὐτὸν δύο πόδας ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν, εἰς τὸ πῦρ τὸ ἀσβέσον.
- 46. Ὅπως ὁ σκώληξ αὐτῶν ἔσται πλεονάζων, καὶ τὸ πῦρ ἔσβέννυται.
- 47. Καὶ ἐάν ὁ ὀφθαλμὸς σου σκανδαλίση σε, ἐκβάλε αὐτόν. Καλὸν σοὶ εἶναι, μονόφθαλμον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν ἔσθαι πῦρος.
- 48. Ὅπως ὁ σκώληξ αὐτῶν ἔσται πλεονάζων, καὶ τὸ πῦρ ἔσβέννυται.
- 49. Πᾶς γὰρ πῦρ ἀληθῆσται, καὶ πᾶσα θυσία ἀληθῆσται.
- 50. Καλὸν τὸ ἀλάς, ἐάν ἡ ἀλάς ἀναλον ἡγήται, ἐν τίνι αὐτὸ δέτυσεται; ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἀλάς, καὶ εἰρηνεύετε ἐν ἀλλήλοις.

- 33. Et cum venisset in domum, interrogavit illos: quid in itinere inter vos disputastis?
- 34. At illi siluerunt. Inter se enim disputauerant in via, quis esset maior.
- 35. Et cum sedisset, accersivit duodecim, et dicit illis: si quis vult primus esse, is erit omnium postremus, et omnium minister.
- 36. Atque arreptum puerum statuit in medio illorum, et cum cepisset illum in ulnas suas, dixit illis.
- 37. Quisquis unum ex talibus pueris receperit nomine meo, me recipit. Et quicumque me recipit, non me recipit, sed eum qui misit me.
- 38. Respondens autem ei Iohannes, dicens: Praceptor, vidimus quendam nomine tuo eicere demonia, nec sequitur nos, et prohibuimus illi, propterea quod non sequitur nos.
- 39. At Iesus ait: Ne prohibeatis illum. Nullus enim est, qui fecerit virtutem per nomen meum, et possit citò male loqui de me.
- 40. Qui enim non est aduersus nos, pro nobis est.
- 41. Quisquis enim ad bibendum dederit vobis calicem aquae nomine meo, quòd sitis Christi, amen dico vobis, nequaquam perditurus est mercedem suam.
- 42. Et quisquis offenderit unum ex pusillis, qui confidunt in me, melius foret illi, si circumdaretur saxum molare circacervicem eius et abiceretur in mare.
- 43. Et si fuerit tibi obstaculo manus tua, amputa illam. Bonum tibi est, mutilum ad vitam ingredi, quam duas manus habentem abire in gehennam in ignem inextinguibilem.
- 44. Ubi vermis illorum non moritur, et ignis non extinguitur.
- 45. Et si pes tuus fuerit tibi obstaculo, amputa illum. Bonum est tibi, ut ingrediaris ad vitam claudus, quam duos pedes habens mittaris in gehennam, in ignem inextinguibilem.
- 46. Ubi vermis illorum non moritur, et ignis non extinguitur.
- 47. Et si oculus tuus tibi obstaculo est, erue illum. Bonum tibi est, ut luscus introeas in regnum Dei, quam ut duos oculos habens mittaris in gehennam ignis.
- 48. Ubi vermis illorum non moritur, et ignis non extinguitur.
- 49. Nam omnis homo igne saturetur, et omnis victimam sale salietur.
- 50. Bonares est sal: ceterum si salinulsus fuerit, in quo ipsum condietis? Habete in vobis ipsi saltum, et pacem habere inter vos invicem.

LUC. 9.

- 46. Εἰσηλθε ἡ Διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς ἀνὴρ εἶναι μείζων αὐτῶν.
- 47. Ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν Διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐτῶν, ἀπλασμάμενος παιδίον, ἔσθην αὐτὸ παρ' ἑαυτοῦ.
- 48. Καὶ εἶπεν αὐτοῖς· ὃς ἐάν δεξήται τὸ παιδίον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, ἐμὲ δεχεται, καὶ ὃς ἐάν ἐμὲ δεξήται, δεχέται τὸν ὄπισθεν αἰλάντα με. Ὁ γὰρ μικρότερος ἐν πάντων ὑμῶν ὑπερ ἅρχων, ἐστὶν ἔσθαι μέγας.
- 49. Ἀποκριθεὶς ἡ Ἰωάννης εἶπεν· Πιστεύετε, εἰδομένου

- 46. Intravit autem cogitatio inter eos, quis eorum maior esset.
- 47. At Iesus videns cogitationem cordis illorum, apprehendens puerum, statuit illum iuxta se.
- 48. Et ait illis: Quicumque receperit puerum huius nomine meo, me recipit. Et quicumque me receperit, recipit eum qui misit me. Nam qui minor est inter vos omnes, hic erit magnus.
- 49. Respondens autem Iohannes dixit, Praceptor,

τινα

τινα ἴπτι τῷ ὀνόματι σε ἐκβάλλοντε τὰ δαιμόνια, καὶ ἐκάλυσαν αὐτὸν, ὅτι σὺν ἀκολοῦθεῖ μετ' ἡμῶν.

vidimus quendam sub nomine tuo ejicientem demonia, & prohibuimus eum, quia non sequitur nos.

50. Καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς. μὴ καλύετε, ὅς γὰρ σὺν ἐστὶ κατ' ἡμῶν ὡς ἐγὼ ἡμῶν ἐστίν.

50. Et ait ad illum Jesus: Nolite prohibere. Qui enim non est adversus nos, pro nobis est.

DE RATIONE COAGMENTANDI HANC CONCIONEM IN UNAM HARMONIAM.

Videntur Evangelistarum narrationes inter se differre; maximè quia Matthæus, prope- rans ad Christi responsum, tantum refert, quo- modo Christus cupiditatem primatus represserit. Reliqui autem Evangelistæ plures circumstantias ponunt. Possunt autem simplicissimè ita concilia- ri. In itinere, priusquam venirent Capernaum, Apostoli disputationem illam separatim inter se moverunt, cui inter ipsos primatus deberetur, si Christus vel per mortem eos desereret, vel per resurrexerit novum regnum in terra inchoaret. Hoc refert Lucas. Jesus ergo sciens cogitationes

cordis ipsorum, & volens ostendere, etiam ab occulta ambitione & æmulatione cavendum esse, cum Capernaum in domum venissent, interro- gavit illos, quid in itinere inter se disputassent? Illi vero præ pudore primum siluerunt, referente Marco. Cum vero Jesus confedisset, tandem ex reverentia erga Præceptorem accesserunt & ex- posuerunt, sicut Matthæus inquit, hanc fuisse di- sputationem: quis maximus inter ipsos futurus esset in regno cælorum? Hæc si primo loco in Harmo- nia ita ordinentur, cætera sponte sua recto ordi- ne fluunt.

HARMONIA CONCIONIS CHRISTI DE HUMILITATE, DE CAVENDO SCANDALO, DE CORRECTIONE FRATERNA, ET INTERJECTA HISTORIOLA, EX DESCRIPTIONE TRIUM EVANGELISTARUM IN UNUM CORPUS COAGMENTATA.

c Εἰσῆλθε ἡ διαλογισμὸς ἐν αὐτοῖς, τὸ ἄν εἰν μέζων αὐτῶν. Ὁ Ἰησοῦς ἰδὼν τὸν διαλογισμὸν τῆς καρδίας αὐ- τῶν, b καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ ἡρώδου, ἐπρώτα αὐτοῖς. τί ἐν τῇ ὁδῷ πρὸς ἑαυτὸς διελογίζεσθε; Ὁ Ἰησοῦς. πρὸς ἀλλήλους γὰρ διελέγεσθε ἐν τῇ ὁδῷ, τίς μέζων. Καὶ κα- θίσαι, ἐφώνησε σὺν δωδεκά. a Ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ πρὸ- σήλθον οἱ μαθηταὶ τῷ Ἰησοῦ, λέγοντες. τίς ἀρα μέζων ἔσθι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῆς ἑραυῶν; b καὶ λέγει αὐτοῖς. εἰ τίς θέλει πρῶτος εἶναι, ἔσθι πάντων ἔσχατος, καὶ πάν- τω διακόνος. a Καὶ πρὸς καλεῖ αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς παιδίον, b καὶ ἡ Ἰσραὴλ ἐκάλει αὐτὸν παῖδα, l ἐσησεν αὐτὸς c πρὸ ἑαυ- τῶν, e ἐν μέσῳ αὐτῶν. b καὶ ἐναγκαλισάμενος αὐτοῖς, l ἔπι αὐτοῖς. a Ἀμὲν λέγω ὑμῖν, εἰ μὴ στραφῆτε καὶ γέ- νησθε ὡς τὰ παιδία, ἢ μὴ εἰσελθῆτε εἰς τὴν βασιλείαν τῆς ἑραυῶν. Ὅτις ἂν ἀπεινώσῃ ἑαυτὸν ὡς τὸ παιδίον τῶν, ἔσθι ἐν τῇ βασιλείᾳ τῆς ἑραυῶν. a Καὶ ἰὸς εἰς δεξιὰν c τῆς ἑραυῶν ἢ) b ἐν τῶν τοῦτων παιδίον l ἴπτι τῷ ὀνόματι μου, ἐμε δεχεται. h καὶ ὅς εἰ μὲ δεχεται, b σὺν ἐμὲ h δεχεται, b ἀλλὰ ἡ πὺν δόξα εἰ- λυτά με. c Ὅς γὰρ μικροτέρου ἐν πάντι ὑμῖν ὡς ἀρ- χῶν, ἐστὶ ἑσὺ μέγας. h ἀπεκρίθη ἡ αὐτῶν b ὁ Ἰωάννης, λέγων διδάσκαλε, εἰδομένῳ τινα ἐν τῷ ὀνόματι σε ἐκβάλ- λοντα δαιμόνια, b ὅς σὺν ἀκολοῦθεῖ ἡμῖν, h καὶ ἐκάλυσαν αὐ- τὸν, ὅς σὺν ἀκολοῦθεῖ μετ' ἡμῶν. c καὶ ὁ Ἰησοῦς ἀ- πε πρὸς αὐτοῖς. h μὴ καλύετε b αὐτοῖς. εἰδὲς γὰρ ἐστίν, ὅς πηψὸς δύναμις ἴπτι τῷ ὀνόματι μου, καὶ δύνησεται αὐτοῦ κακοδοξῆσαι με. h Ὅς γὰρ σὺν ἐστὶ κατ' ἡμῶν, ὡς ἐγὼ ἡμῶν ἐστίν. b Ὅς γὰρ ἀνὸς ὑμῶν ποτήριον ὕδατος ἐν τῷ ὀνόματι μου, ὅς χρεῖσθε, ἀμὲν λέγω ὑμῖν, ἢ μὴ ἀπολέσῃ τὸ μέτρον αὐτοῦ.

c Intravit autem cogitatio inter eos, quis eorum ma- jor esset. At Jesus videns cogitationes cordis illorum, b & cum in domum venisset, interrogavit illos. Quid in iti- nere inter vos disputastis? At illi siluerunt. Inter se enim disputaverant, in via, quis esset major. Et cum confedis- set, accersit duodecim. a In illa hora accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis maximus est in regno cælorum? b Et dicit illis: Siquis vult primus esse, is erit omnium postremus, & omnium minister. a Et accersitum ad se puerum Jesus, b & h apprehendens puerum, l statuit illum c juxta se e in medio illorum. b Et cum cepisset illum in ul- nas suas, l dixit h illis. a Amen, dico vobis, nisi con- versi fueritis, & efficiamini sicuti pusilli, non ingrediemini regnum cælorum. Quisquis igitur demiserit seipsum, sicut est puellus iste, hic est ille maximus in regno cælorum. a Et l quicumque, receperit hunc (aut) b unum ex talibus pueris l in nomine meo, me recipit. h Et quicumque me re- cipit, b non me recipit: sed h eum qui misit me. c Nam qui minor est inter omnes, hic erit magnus.

h Respondit autem b ei h Johannes dicens: Pre- ceptor, vidimus quendam nomine tuo ejicere da- monia, b nec sequitur nos, h & prohibuimus illum, propterea quod non sequitur nos. c Et h ait c ad illum h Jesus: h Ne prohibeatis b illum. Nullus enim est, qui fecerit virtutem per nomen meum & possit citò male loqui de me. h Qui enim non est adversus nos, pro nobis est. b Quisquis enim ad bibendum dederit vobis calicem aque nomine meo, quod sitis Christi, amen dico vobis, nequa- quam perditurus est mercedem suam.

b καὶ ὅς σκανδαλίσθη ἓνα τῶν μικρῶν α τῶν, e τῶν πνευόντων εἰς ἐμε, καλὸν ἔστι καὶ a συμφέρει αὐτῷ, b μάλλον, e ἢ να κρεμασθῆ μύλιον ὀνίκος ἴπτι τὸν τρα-

e Et quisquis offenderit unum ex pusillis a istis, e qui in me credunt, b melius foret (e) a expediret e illi, ut suspenderetur mola asinaria in collum ejus, b &

χρη

χρηλον αυτη, b και βεβηται α ε καταπινοθη εν τω πελαγῳ τῃ θαλασσης.

abjiceretur a & demergeretur e in profundum maris.

a Ουαί τῳ κόσμῳ διότι σκανδαλων ἀνάγκη ἔδειξάν τα σκάνδαλα, Πλὴν εἰ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' ἃ σκανδαλον ἐρχεται. e Καὶ εἰάν σκανδαλίῃ σε ἡ χεὶρ σε, ἀποκοψον αὐτήν, a καὶ βάλε διότι σε. καλον σοὶ ὄντι, κυλλον εἰς τὴν ζωὴν εἰσελθεῖν, ἢ b τὰς εἰς δύο χεῖρας ἔχοντα b ἀπέλθειν (x) a βληθῆναι b εἰς τὴν γένναν, e εἰς τὸ πῦρ a αἰώνιον b τὸ ἀσβεστον. Ὅπερ σκωλήξ αὐτῶν εἰς τελευτᾶ, x τὸ πῦρ εἰς βέννυται. e Καὶ εἰάν ὁ πῦρ σε σκανδαλίῃ σε, ἀποκοψον αὐτόν, x βάλε ἀπὸ σε. e καλον δι' οἱ εἰσελθεῖν εἰς τὴν ζωὴν χωλον, εἰς δὲ δύο πιδας ἔχοντα βληθῆναι b εἰς τὴν γένναν e εἰς τὸ πῦρ a τὸ αἰώνιον b τὸ ἀσβεστον. Ὅπερ ὁ σκωλήξ αὐτῶν εἰς τελευτᾶ, x τὸ πῦρ εἰς σβέννυται. e καὶ εἰάν ὁ ὀφθαλμὸς σε σκανδαλίῃ σε, ἐξελθε αὐτόν, a x βάλε ἀπὸ σε. e καλον σοὶ ἀποκοψαίμενον εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, ἢ δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γένναν εἰς πυροσ. b Ὅπερ ὁ σκωλήξ αὐτῶν εἰς τελευτᾶ, x τὸ πῦρ εἰς σβέννυται. Πᾶς ὃς περιάλιοθησεται, καὶ πᾶσα θύσια αἰὶ ἀλιθῆσεται. Καλον τὸ ἄλας, εἰάν ἢ τὸ ἄλας ἀναλον γῆται, ἐν τίνι αὐτὸ ἀρτυροσ, e ἔχετε ἐν ἑαυτοῖς ἄλας, καὶ εἰρηνευετέ ἐν ἀλλήλοισ.

a Va mundo ab offenculis: necesse est enim, ut veniant scandala. Veruntamen vobis homini, per quem scandalum venit. e Et si scandalizat te manus tua, amputa eam, a & projice abs te. e Bonum tibi est mutilum ad vitam ingredi, quam duas manus habentem b abire (&) a mitti b in gebennam e in ignem a eternum, b & inextinguibilem. Ubi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. e Et si scandalizaverit, amputa illum, a & projice abs te. e Bonum est tibi, ut luscus introeas in regnum DEI, potius quam ut duos oculos habens, mitaris in gebennam ignis. b Ubi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur. Nam omnis homo igne salietur, & omnis victima sale salietur. Bonarius est sal, caterum si sal infusus fuerit, in quo ipsum conditum, habete in vobis ipsis salem, & pacem habete inter vos invicem.

a Ὁρατε μὴ καταφρονήσητε ἐνὸς τῶν μικρῶν τέτων. λέγω ὑμῖν, οτι οἱ ἀγγελοι αὐτῶν, ἐν ἑρανοῖς ἀλλὰ παντοσ βλέπει(σ) τὸ πρόσωπον τοῦ πατροσ μῶ εἰ ἐν ἑρανοῖς. Ἦλθε ὃ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου (ῶστω) τὸ δολωλοσ. Τί ὑμῖν δοκεί; εἰάν γῆται ἡν ἀνθρώπῳ ἐκατον παρῶματα, καὶ πλανηθῆ ἕν ἐξ αὐτῶν, x αἰ Φεῖσ τα ἐνενηκοντα ἐνεα ἵπτα τὰ ὄρη πρενθεῖσ, ζητεί το πλανωμῆρον: καὶ εἰάν γῆται εἰρεῖν αὐτό, αἰμὴ λέγω ὑμῖν, οὐ χαίρει ἐπ' αὐτῷ, μᾶλλον ἢ ἐπ' ἑνὶ ἐνενηκοντα ἐνεα, τῖσ μὴ πεπλανημῆροισ. Οὕτωσ σοκ ἐστὶ θῆλημα ἐμπροσθεν τοῦ πατροσ ὑμῶν εἰ ἐν ἑρανοῖς, ἵνα ἀποληται εἰς τῶν μικρῶν τέτων. Εἰάν ἢ ἀμαρτησῆ εἰς σὲ ὁ ἀδελφοσ σε, υπαγε, ἢ x ἐλθρον αὐτόν μεταξὺ σε & αὐτῷ μονε. εἰάν σε ἀκούσῃ, ἐκέρθησας τὸ ἀδελφοσ σου. Εἰάν ἢ μὴ ἀκούσῃ, πῶρῶλαθε μὴ σὲ εἰς ἐνα ἢ δύο, ἵνα ἐπὶ σώμα(σ) δύο μαρτυρων ἢ τριῶν ἐσθῆ πᾶν ῥῆμα. Εἰάν ἢ ἀκούσῃ αὐτῷ, εἰπέ τῇ ἐκκλησίῳ, εἰάν ἢ καὶ ἐκκλησίασ πῶρῶλαθε, ἐσὼ σοὶ ὡσπερ ὁ ἐδνικοσ, καὶ ὁ τελονωσ. Ἄμμε λέγω ὑμῖν, ὅσα εἰάν ῥησῆτε ἐπὶ τῆ γῆσ, ἐσὼ δεδεμένα ἐν τῷ ἑρανώ: καὶ ὅσα εἰάν λυσῆτε ἐπὶ τῆ γῆσ, ἐσὼ λελομένα ἐν τῷ ἑρανώ. Πάλιν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰάν δύο ὑμῶν συμφωνήσω(σ) ἐπὶ τῆ γῆσ περὶ παντοσ πράγματοσ, x εἰάν αἰτησωται, γῆθησεται αὐτοῖσ ὡσὰ εἰ πατὴρσ μῶ εἰ ἐν ἑρανοῖς. Οὐ ῥδ εἰσὶ δύο ἢ τρεῖσ σιωγημῆροισ εἰς τὸ ἐμον ὄνομα, ἐκεῖ εἰμὶ ἐν μέσῳ αὐτῶν.

a Videte ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quod Angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est. Venit enim filius hominis servare quod perierat. Quid vobis videtur? Si fuerint alicui homini centum oves, & erraverit una ex eis, nonne relinquit nonaginta novem in montibus vadit, & querit eam, quae erraverat? Et si contigerit, ut inveniat eam: Amen dico vobis, gaudet super ea magis, quam super nonaginta novem, quae non erraverunt. Sic non est voluntas eorum patre vestro qui in caelis est, ut pereat unus de pusillis istis. Porro si peccaverit in te frater tuus, vade & argue eum inter te & ipsum solum. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Sin vero te non audierit, adhibe tecum adhuc unum aut duos, ut in ore duorum aut trium testimonium constat omne verbum. Quod si non audierit eos, dico Ecclesiae quod si Ecclesiam non audierit, sit tibi velut ethnicus & publicanus. Amen dico vobis, quaecumq; alligaveritis super terram, erunt soluta in caelo. Rursum dico vobis, quod si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quaecumq; petierint, fiet illis a patre meo, qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

Periocha concionis de humilitate contra primatum.

Ante omnia considerandum est, quid hic inter Apostolos in disputationem venerit. Et ipsi quidem Apostoli apud Matthaeum questionem sic proponunt: Quis maximus est in regno caelorum? Hac quaestio defendi posse videtur. Quia fatius est de regno caelorum inquirere, quam mundana tractare. Sed sciendum, Apostolos per regnum caelorum hic non intellexisse futurum seculi beatitudinem: neque etiam Ecclesiam, quae interdum regnum Messiae vel re-

gnum caelorum dicitur. Verum, quia Christus in praecedentibus dixerat de morte sua & resurrectione; illi ejus occasione, vel de eo disputarunt, quis regnum administraturus esset, ubi ipse discessisset: vel, quia caro fugit molestiam crucis, illi omnia morte arripuerunt illud, quod de resurrectione dictum fuit, sibi quae ipsi finxerunt terrenum regnum, in quo mox post tertium diem ad carnalem felicitatem progressuri essent. In hoc regno quisque ipsorum primas tenere voluit. Nec

Nec tacitis tantum cogitationibus, sed *διαλογισμοῖς* verbis hæc quæstio ultrò citròque agitata fuit, singulis suas allegantibus prærogativas. Nam 1. quidam Apostoli erant Christi cognati; hi sanguini aliquid deberi existimarunt. 2. Alii ab initio fuerant cum Christo, nec hoc negligendum videtur. 3. Aliqui majora habebant dona: sicuti Jacobus & Johannes propterea filii tonitruï dicti sunt. Marc. 3. v. 17. 4. Petrus adhibebatur ad plura: nuper ipsi promissa sunt claves regni cœlorum. Matth. 16. v. 19. & modo tributum pro ipso solutum est, unde multum prærogativæ præ reliquis ipsum habere singuli intellexerunt. Hanc ergo quæstionem moverunt non pietatis studio, nec æterna salutis desiderio, sed ex curiositate & ambitionis morbo. Ut ita duo gravissima vitia apud ipsos hic concurrant. 1. Quod triumphum agunt ante militiam. 2. Quod nullus eorum alterum honore prævenit, sed quisque ex ambitionis cœstro sibi honorem præ aliis rapit. O rem pudendam! Satanam inter Christi discipulos rem eò adduxisse, ut de evanido mundi honore inter se altercarentur. Si Alexandri illius Magni orbis dominatoris, sectatores hoc fecissent, minus mirum esset. Sed discamus hinc, neminem debere hac in parte securum esse: quia diabolus omnibus statibus, inferioribus æquè ac superioribus, quoad ambitionis vitium insidiatur. Multi putant, tantum in principum aulis nutriri hoc vitium: sed etiam locum invenit in monasteriis & scholis: imò in pagos & ad agricolas usque evagatur. Apostoli sunt præcipua Ecclesiæ membra, adhuc pauperes & simplici tunica amiciebantur: ter tamen Satanas eos hoc peccato tentavit. Primum hic: deinde Matth. 20. v. 24. cum Jacobus & Joannes ad dexteram & sinistram sedere cuperent: denique Luc. 22. v. 24. in postrema cœna. Nisi enim corda per Spiritus S. gratiam probè sint defæcata à carnalibus affectibus, facili momento in hoc vitium præcipitantur. Omnes itaque sibi caveant ab hoc vitio: maximè autem Theologi, quia per hoc vitium multæ hæreses & contentiones in Ecclesiam sunt invectæ. Quanquam nec illud negari possit, etiam multos politicos, si videant alicubi Theologos in eminentia constitutos esse, ambitione & invidia propterea uri.

Hic verò denuò divina Christi omniscientia nobis consideranda venit: qui *vidit cogitationes cordis* Apostolorum, quod solius Dei proprium est. Nemo autem hanc omniscientiam sibi talem imaginetur, quòd sola divinitas cogitationes viderit, & postea humanitati eas manifestarit: sed *Jesus* tota persona, Deus & homo *vidit eas*. Unde colligimus, eum nunc in gloria multò magis omnium hominum cogitationes & acta novisse atque videre. Conducatur nobis hæc doctrina 1. ad vitam pie instituendam. Cum enim pleriq; hominum oculos ita vereamur, ut in ipsorum conspectu multa intermitteremus, quæ alioquin faceremus: quanto plura intermitteremus, si semper hoc meditaremur, quod omnia nostra pateant oculis Christi Judicis vivorum & mortuorum. 2. Ad consolationem, ne hostium nostrorum conatus & consilia nimium metuamus. Sunt illa quidem plerunque astuta & virulenta, ac proinde nobis formidabilia. Sed Christus ea omniscientia sua videt, & omnipotentia sua facili momento dissipat. Sin furori

ipforum aliquid permittat: tamen etiam videt gemitus, lachrymas & fugas piorum, & harum se vindicem atq; ultorem futurum in verbo suo promissit.

Illud tamen in discipulis laude dignum est, quod vel tandem *accesserunt ad Jesum*, & animi sui morbum ipsi aperuerunt. Sic & nos properemus ad Christum, eidem stultitias nostras detegamus, ut corrigantur. In primis autem in rebus dubiis & difficilibus ad ipsum confugiamus, ipsum deprecantes, ut nos illuminet atque erudiat. Nam Ies. 30. 2. Hebræi graviter reprehenduntur, quod os Domini non interrogarunt. Os autem Domini interrogare dicimur, quando ab ipso datos Doctores adimus & audimus.

II. Quid ad hæc Christus? Potuisset respondere, & directè dicere: Ego sum maximus in regno cœlorum. Nam omninò ipsi nomen datum est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum, Philip. 2. v. 9. Si quoque Christus primatum in Ecclesia stabilire voluisset, qualem Pontificii sibi imaginantur, tribus verbis respondere potuisset, *Petrus erit primas*. Verum nihil horum facit: quin magna severitate primatum inter Apostolos compescit, & ut serio se agere omnes intelligerent, singulari gravitate hanc causam agit. Nam 1. *confedit*, ut qui peculiare quid agere intenderet: 2. *duodecim convocavit omnes*, eo quod doctrinæ hujus cognitio ad universos & singulos pertineat. 3. Paucis sed difertis verbis summam rei proponit, & dicit: *Si quis vult primus esse, sit omnium postremus, & omnium minister*. Hæc sententia monet, eos, qui in Ecclesia eminentiam appetunt supra fratres, non assequi eam ambitione, sed sola humilitate, quæ exaltet. Nam in Ecclesia unus & solus Christus debet esse *ὁ πρωτεύων*, Colof. 1. v. 18. qui in omnibus primas teneat. Nam vere ipse factus est novissimus virorum, Ies. 3. v. 53. & *minister omnium*. Ut qui se ministrum omnibus exhibuerit, qui omnibus, quantum in se fuit, prodesse cupierit, non propter proprium suum commodum, sed propter utilitatem illorum, & qui autoritate, qua fungebatur, & honore, quo afficiebatur, non ad propriam elationem & gloriam, sed ad proximi utilitatem rexit. Hoc certè Christus fecit: qui adeo nihil servilis officii, quod ad salutem nostram facere posset, subterfugit, ut etiam acerbissima crucis morte vitam nobis pararit. Merito ergo ipsi soli primatus in Ecclesia debetur: & quicumque eundem sibi arrogant, atque Ecclesiam potius opprimunt, quàm eidem serviunt, Antichristi titulum merentur. Interim Christus hac sententia dignitarum gradus in Ecclesia non tollit: ut nimirum, quos Deus illustribus donis præ aliis instruxit, illi etiam ratione ordinis inter alios emineant. Modò donis à Deo acceptis non superbiunt, iisque quam plurimis inservire studeant.

Nam ut alias in rebus humanis illæ res aliis præstantiores habentur, quarum usus ad plures redundat: ita inter homines merito illorum dignitas major habetur, qui pluribus hominibus sunt. Quicumque vero pluribus prodesse cupiunt, illi etiam pluribus servire coguntur. Sic Pastor Diacono, Superintendens Pastori, Generalis speciali præfertur: non quod illi per se primas teneant; sed quod pluribus se ministros præbeant.

Si vero

Si vero ob illam eminentiam sese animo efferant, neque sese aliis serviendo submittant, graviter coram Deo & hominibus peccant. 4. Verbis non contentus, quia res hæc magni momenti est, & externa species oculis objecta magis movet, typum humilitatis in puero proponit. Prophetis valde usitatum fuit, ut inter docendum hujusmodi *puerum* (ut docti vocant) uterentur. Nam *puerulum accersit*, eum adductum in *mediis*, tandem in *ulnas suscipit*, & amplexatur, ut ostendat quam grata & chara sibi sit humilitas, & quomodo infirmos ac parvulos ipse sublevet. Simulque gravissimis verbis asseverat: *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut pusilli, non ingredimini in regnum caelorum.* Vult dicere: Appetitis singuli vel primum vel secundum locum in regno caelorum. Ego verò dico vobis, nisi obliti eminentiæ vos ipsos humiliaveritis, prorsus nullum, & ne infimum quidem locum in eo habebitis. Ideo dicit: *nisi conversi fueritis*, id est: jam ferimini juxta communes mundi mores, & ut video, Evangelium meum tantum propterea sectamini, ut in hoc mundo magni & potentes efficiamini. Sed si vultis in regnum caelorum ingredi, cursus retrò flectendus est. Nam *qui seipsum demiserit, sicut puellus iste maximus est in regno caelorum.* Hoc addit, ne putemus nobis aliquid decedere, ubi aliis cedimus. In mundo fortassis aliquid decedit, sed non in regno caelorum.

Considerandum autem, quomodo & quatenus hæc similitudo pueri sit intelligenda. Habent enim etiam pueri sua vitia, quæ Christus nequam nos imitari vult. Et figmentum cordis ipsorum quoque pravum est ab ineunte ætate. Genes. 8. v. 21. Unde Paulus dicit. 1. Cor. 14. v. 20. Nolite fieri pueri sensibus, sed malitia. Et Ephes. 4. v. 14. Non simus parvuli fluctuantes, nec circumferamur ab omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Sed Matth. 11. v. 25. 1. Corinth. 3. v. 1. & 1. Pet. 2. v. 1. parvuli aliter describuntur. Ex quorum locorum collatione rectè intelligi potest, quid proprie Christus parvulorum similitudine intellectum velit. Superest nimirum in pueris præca innocentia vestigium quoppiam, quod præsentī negotio convenit. Nimirum 1. nihil sibi arrogat, nullum dominatum ambiunt, utpote qui ignorent, quid dominatus sit: sed sua sorte contenti vivunt. 2. Licet hæc simplicitas ipsis quasi propria sit: non tamen de illa gloriantur, nec præ aliis sese efferunt, aut alios præ se despiciunt. 3. Sunt insuper disciplinæ patientes, monitores ferunt, & dictis facile in meliorem partem flecti possunt. 4. Si quid adversi patiantur, ad parentes suos confugiunt: injuria affecti, facile reconciliantur, non vindictam meditantur, contenti complexu & amore suorum parentum. Hæ sunt præcipuè virtutes puerorum vel pusillorum, ad quas Christus in præsentia respicit. Ex quibus colligi potest, in quibusnam rebus vera humilitas, cujus Christiani & cum primis verbi ministri studiosi esse debent, consistat. Non consistit ea in vilibus vestibus & externis gestibus: quibus plerunque Monachi & hypocritæ, in primis autem Capucini, magnam coram hominibus humilitatem venditant, dum interim sublimi spiritu non tantum su-

pra homines, sed etiam Deum sese efferunt. Sed consistit in vera cordis simplicitate. Et verè humilis est is, qui 1. coram Deo nihil sibi arrogat, nec magnificè de seipso sentit. 2. qui fratres quoque non despicit, nec superior ipsis videri affectat. 3. Qui donis suis, divinitus datis, non superbit, sed quam plurimis iis inservire cupit. 4. Qui offensas facile remittit, sibi que satis esse censet, se membrum esse Christi, ejusque complexu frui: quærens tantum, ut caput excellat. 5. Qui denique mundum nihil faciat, seque ab illo contemni contemnat. Hi sunt *pusilli* illi, quos Christus hoc loco nobis commendat, nosque imitari vult. Exemplum si quis habere cupiat, intueatur Abrahamum, patrem omnium credentium. Fuit is in contemniendo Deo: conscius factus est decreti contra Sodomitas: & tamen se cinerem & pulverem esse fatetur, atque indignum, qui cum Deo loquatur, Genes. 18. v. 27. Item Davidem, se ex caulis ovium extractum esse. 2. Sam. 7. v. 18. Denique Paulum: qui in tertium cælum raptus, licet plus laborasset, quam reliqui Apostoli omnes, omnia tamen gratiæ divinæ adscriptis; se miserum peccatorem esse agnovit, nullum contemnit, non tantum superiores Apostolos, sed ne discipulos quidem, Timotheum, Titum: totus mundus fuit ipsi erucifixus. Gal. 6. v. 14. se ab omnibus contemni non curavit. 1. Cor. 4. v. 3. 1. Cor. 15. v. 10. 1. Tim. 1. v. 13. Sic ergo etiam summi viri inter infantes sedere, nec donis suis efferri disant. Et cur propter dona efferremur, quæ non sunt nostra, sed Dei, & ab eodem quovis momento repeti possunt? Cur quoque proximum propterea contemneremus, cum eò plus ipsi debeamus, quò plus à Deo accepimus? 5. Denique Christus, ut tantò magis Apostolos ad imitationem puerilis humilitatis permoveat: pueros sibi quasi substituit, & se in ipsis suscipi testatur. *Qui*, inquit, *suscepit puerum istum.* Ne vero quis putet, in illo puero peculiare quid fuisse, cujus causa Christus eum Apostollis commendavit. Sicuti Pontificii dicunt, hunc puerum fuisse Martialem, qui postea Petri discipulus factus, ab eo missus fuerit in Germaniam, ut in ea prædicaret Evangelium. Ideo Marcus ponit hæc verba, *aut unum ex talibus pueris*, ut sic indicet, Christum qualitatem puerilem respexisse, non individuum. De his pronuntiat, quòd si quòd beneficii genus in ipsos conferatur (Hoc enim significat *recipere*) ipse sibi impensum reputare, ac proinde remunerare velit. Hoc attendant mundani homines, qui omnes verbis gloriantur, se libentem Christum suscepturos & audituros esse, si modo in terris conversaretur. Sed hic Christus sibi *pusillos* & humiles substituit, seque, imò Patrem suum caelestem in ipsis suscipi testatur. Si quis autem superbos, arrogantes, aut amicos suos suscipit: is simul Diabolum, omnis superbiæ magistrum, recipit. Ideo eadem sententia concludit orationem, qua eam exorsus fuerat. *Qui minor est inter omnes vos, nimirum, qui maximè omnium abest à superbia & ambitione, & qui cordis humilitate reliquos omnes præit: hic erit magnus coram Patre meo caelesti, qui donis ipsius benedicet, & efficiet, ut multum fructum afferat in Ecclesia Christi, & olim honestum locum obtineat in regno caelorum.* Interim

Interim dum Christus *pueros* sive *puffilos* nobis suo loco Magistros proponit, simul nos admonet, ne quisquam veritatis & salutis doctrinam contemendam putet, ob vilem & ignobilem speciem ejus, qui ipsam proponit. Solet enim Deus ignobilia & contemptibilia hujus mundi eligere, ut destruat ea quae sunt. 1. Cor. 1. v. 28. Et experientia plerumque testatur, minus fructuosi

effici in Ecclesia Dei, per elatos superlativos, quos mundus magnificat: quam per humiles Positivos, qui in humilitate cordis juxta gratiam, quam Deus largitur, afferunt *recte* aliquid in Ecclesia faciendi. Sic Dei verbo sua auctoritas ex semetipso constat, ne ab hominum dignitate vel excellentia eam pendere putemus.

Historiola de ignoto, qui in nomine Jesu demonia ejiciebat, & ab Apostolis prohibebatur.

Quod Deus Esa. 55. v. 10. dicit: quomodo descendit imber, & nix de caelo, & illic ultra non revertitur, sed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen ferenti, & panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egreditur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecunque volui, & prosperabitur in his, ad quae misi illud: huc evidentissime in hac Christi concione evenisse videmus. Erat Dominus adhuc in cursu sermonis, quo ambitionem & emulationem perversam taxabat, & ecce Joannem proprium cor arguebat, quod contra hanc doctrinam Christi, de humilitate sequenda & suscipiendis pufillis, per arrogantiam ipse & Collegae peccassent, prohibendo quendam, qui cum Christum non sequeretur, ipsius tamen nomine demonia ejiciebat. Intellexit nimirum, Magistrum non tam loqui de illis, qui atate, sed qui infirmitate fidei pueri essent: hos esse suscipiendos, non offendendos. Interrumpens ergo Domini sermonem inquisivit, an ipse & reliqui Apostoli prohibendo recte fecissent.

I. Hic primo considerari debet ille, qui in nomine Jesu demonia ejicit. Non potest certo statui, utrum recte usus sit nomine Christi, an vero illo abusus. Theophylactus existimat, incredulos, videntes per nomen Jesu demonia pelli, idem abusu illius nominis tentasse. Sed ut ut sit, hoc tamen certum est, solos Apostolos à Christo accepisse hanc potestatem. Matth. 10. v. 1. Ergo sine vocatione legitima hic homo id fecit. Et tamen sicut Deus per ministerium, quod non est legitimum, sapere operatur: ita placuit Christo nomen suum etiam per hunc illustrare. Hinc patet, non semper miracula esse perfectionis, sive in fide, sive in sanctitate, certa testimonia. Nam & imperfecti, ut hic, & hypocritae atque palam impii, ut Matth. 7. v. 22. miracula edere possunt, & tamen sanctitatis nullum habent testimonium. Esto ergo, quod Benno Misnensis, qui apud nos pro Mago habetur, jam Monachii miracula edat, nunquam tamen ex iis ipsius sincera fides & sanctitas probabitur. Diabolus sub defunctorum titulo & nomine homines varie ludificare potest.

II. Apostoli existimarunt privilegium edendi miracula in nomine Jesu sibi solis datum esse, & proinde, ne majestas Apostolica prostituere, illud sibi solis vindicandum putarunt, & hunc prohibuerunt. Nunc vero audientes Christi concionem, nesciunt an recte fecerint, eaque de causa Domini requirunt judicium. Peccarunt autem Apostoli hoc facto, partim ignorantia, partim

ambitione. 1. Ignorantia peccarunt, quod putarunt Christi virtutem sic recte esse constrictam, ut per neminem operetur, nisi qui ipsos sequatur, hoc est, ejusdem cum ipsis esset ordinis. Hanc enim unicam facti sui rationem allegant. Atque sic occultum suum errorem produnt, quod neminem judicarunt verum Christi esse sectatorem, nisi qui ad ipsorum exemplum, relictis omnibus, diu noctaque Christum sequeretur. Atqui nec Nicodemus, nec Josephus, imò nec Lazarus ipse cum sororibus facultates suas deseruere: & tamen *quosdam* Christi fuerunt discipuli, qui etiam à Christo sincere fuerunt adamati. Hodie ad eundem lapidem gravis impingunt, tam Monachi, quam Anabaptistae, qui & ipsi sequelam Christi certis quibusdam instituti sui regulis includunt, à quibus qui vel latum unguem recedunt, eum Christi sectatorem esse negant. 2. Ambitione & emulatione peccarunt, quod metuerunt, ne suae existimationi aliquid cederet, si etiam alii per nomen Christi miracula ederent. Sicuti Num. 11. v. 28. Josue Mosen monuit, ut Eldadum & Medadum in castris prophetantes prohiberet: quia Mosis auctoritati aliquid inde derogaretur. Et hic est ille ipse morbus, quem Christus in praecedenti concione correxit. Hinc discamus, ad quid correptiones in Ecclesia profint, ut nimirum latentes animi morbi in apricum producantur, sicque corrigantur. Joannes nunquam de hoc facto, quod ipse & Apostoli prohibendo perperam fecissent, cogitasset, nisi Christi concio conscientiae ulcus tetigisset. Non ergo odio habeamus, sed amemus corripientem in porta, Amos 5. v. 10. quia hujusmodi correptionibus ex errore in rectam viam revocamur.

III. Christi responsum etiam expendamus. Christus non probat illius factum, & tamen non vult prohiberi: quia hac occasione gloria nominis ipsius propagabatur. Sicuti etiam Paul. Phil. 1. v. 15. non probabat, quod aliqui ex emulatione & contentione, tantum ut aegre facerent vinculis Pauli, Evangelium Christi praedicabant: & tamen gaudebat, quod quoquo modo Christus annuncietur. Sicuti etiam nominis Christi propagationem longe suis affectibus praeferebam existimavit. Christus ergo sua responsum, nec tollit legitimam vocationem, quam Apostoli gaudebant, nec probat neutralitatem, si hic perperam suo nomine abuteretur: sed docet, ipsum tanquam infirmum recipiendum, fovendum, atque ad Christum adducendum esse, siquidem non sit adversarius, sed sanabilis. Hic est status hujus historiae, qui simul nobis ejusdem usum commoustrat. Est alicubi

alicubi verbi minister, qui mea opinione non legitima vocatione in Ecclesiam intravit, vel quia Antecessor illius illegitime fuit ejectus, in cujus locum ipse suam operam conduci passus est, vel quia aliud quid in ipsius vocatione deest. Urit me & malè habet inordinatus processus, qui præcessit. Quid hic faciam? Num debeo ministrum prohibere, ne concionetur, neve Sacramenta administret, sicque nomine Christi utatur? Aut, si minister mihi obtemperare nolit, debeone Ecclesie membris interdicerè, ne ipsius conciones audiant, neve ipsius Sacramentis utantur? Neutrum horum, juxta hanc Christi doctrinam. Etsi enim ea, quæ præter legitimam rationem in illa vocatione evenerunt, probare non possum: non tamen ministerium illud, maximè si verbum DEI sincere doceat, & Sacramenta ritè juxta Christi institutionem administret, irritum pronunciare debeo. Quia DEUS sæpenumero etiam per ministerium, quod non est legitimum, operatur. Et cur ego hic divinæ operationi modum & metam præscribam? Quin potius ejusmodi ministrum spiritu mansuetudinis suscipiam, quæ in ipso desidero, ex verbo DEI corrigam, sicque plenè ad Christum adducam. Ut quemadmodum Act. 18. v. 26. Apollos vir λόγιος & spiritu fervens, per Priscillam & Aquilam diligentius institutus est in via Domini: sic etiam tales Christo planè lucrifiant, aut etiam lucrifacti nobis & Ecclesie conciliantur.

Sed audiamus etiam rationes, quibus Christus responsum suum confirmat. Earum tres adducit. 1. *Nullus est, qui fecerit virtutem per nomen meum, & citò possit malè loqui de me.* Sumptum hoc est ex communi sensu. Nam si talis, qui in nomine JESU dæmonia ejicit, postea inciperet malè loqui de ipso, protinus ipsi diceretur, qua fronte maledicis nomini illi, quod tam efficax esse expertus es? Sic quidem Christus hic argumentatur: sed quot hodie inveniuntur, qui per nomen JESU & Evangelii prædicationem ex Diaboli potestate liberari cupiunt & sperant, & tamen Evangelio Christi maledicunt, insuper nullum non convitii genus adversus ejus ministros evomunt. Jesuitæ nomine JESU plurimum superbiunt, & tamen de Evangelio JESU pessimè loquuntur. Hoc cum hac ratione Christi non convenit. 2. Addit: *qui non*

est adversus nos, pro nobis est. Non faveat Christus hoc dicto ambidextris & neutralibus, multò minus suis hostibus, de quibus Matth. 12. vers. 30. dixit, qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, dispergit. Sed agit hic de infirmis, qui nomen JESU profitentur, etsi multa adhuc ipsis desunt. Et vult Christus dicere: Hic homo, quia idem per nomen meum facit, quod vos, non est nobis contrarius, sed illustrat nomen meum, alios provocat ad fidem, & ipse quoque inducitur, ut melior fiat. Rectè ergo Beda monet: Nemo à bono, quod ex parte habet, est arcendus. Augustinus duo illa dicta: Qui non est mecum, contra me est: Et qui non est adversus nos, pro nobis est, sic conciliat, ut dicat, duplicem esse neutralitatem, unam Epicuræam, alteram ex infirmitate. Hæc non malè dicuntur. 3. Denique dicit Christus. *Quisquis ad bibendum dederit vobis calicem aquæ nomine meo, quod sitis Christi, amen dico vobis, nequaquam perditurus est mercedem suam.* Est ratio sumpta à comparatis, quæ Christus vult dicere: Quicquid etiam exiguum, in meo nomine, & à quocunque factum, adeo mihi est gratum, ut non sit caritutum sua mercede. Si ergo vos alii ex loco Matth. 10. v. 42. remunerationem pollicemini, qui vobis calicem aquæ frigidæ propinant, non ob humanam aliquam gratiam, sed propter nomen meum, quia mei discipuli estis. Quanto magis huic non prohibitio, sed remuneratio debebatur, propterea, quod per & propter nomen meum homines liberavit à tyrannide Diaboli, quod plus est, quàm dare calicem aquæ? Ex his omnibus nos generale hanc doctrinam desumamus, quanta cura & diligentia infirmiora in Ecclesia membra sint tractanda, ne illa temerè abjiciamus, sed magna fide foveamus & confirmemus. Imitemur hac in parte Christum, qui hoc nomine à Propheta celebratur, quod arundinem quassatam non sit contracturus, nec linum fumigans extincturus. Esa. 42. v. 3. Matt. 12. v. 20. Paulus quoque nos graviter admonet, ut infirmos in fide assumamus, Rom. 14. v. 2. Cum enim Christus etiam pro infirmis mortuus sit, nos libertate nostra non ita utamur, ut infirmus, pro quo Christus mortuus est, pereat. vers. 15. De quo in sequentibus plura.

Periocha concionis, de cavendo scandalo.

POST Johannis interpellationem, redit JESUS ad interruptam concionis suæ seriem, illamque continuat. Commendaverat autem in illa sua concione humilitatem, adversus ambitionem & arrogantiam primatus. Invenitur autem in Ecclesia duplex humilitas. 1. Sunt infirmi, miseri, abjecti, hi per se humiles sunt, & hos suscipiendos atque fovendos esse docet. 2. Sunt, qui donis sublimes, seipos humiliant, & aliis ministrant: atque tales vult Christus esse eos, qui præ aliis à Deo donis sunt ornati. Hic verò caro oggannit, molestum esse seipsum dejicere, eminentiam non appetere, aut ab aliis despici. Subjungit ergo hic: *Quisquis offenderit unum ex pusillis istis, qui confidunt in me &c.* Atque sic ostendit primatus affectationem.

conjectam esse cum contemptu, offensione & scandalo infirmorum, qua occasione ingreditur tractatum de scandalis, cujus singula membra diligentius sunt enucleanda.

1. *Scandalum* quid sit & significet attendendum. Σκάνδαλον dicitur Græcis à σκάλω, i.e. claudico, quod objectum offendiculum cogat claudicare, & ad ruinam tendere. Grammatici quidam dicunt, σκάνδαλον vel σκανδαλίον esse in decipula incurvum lignum, quo tendicula sustinetur, & in quod impingens animal, ipsam tendiculam in se subita ruina evertit. Cumque vitæ humanæ conversatio in Scriptura via vocetur, metaphoricè scandalum dicitur omne id, quod in DEI præceptis, aut salutis via ambulantibus, obstaculo est; aut

aut peccandi causam præbet. Estque vocabulum maxima ex parte Ecclesie proprium, quod in prophetis Scriptoribus ferè nusquam occurrit. In veteri tamen Testamento ut plurimum tantum damnum vel calamitatem quamvis denotat. Exod. 10. v. 7. dicunt servi Pharaonis: Quousque patimur hoc *scandalum*? hoc est, hæc damna, has plagas & calamitates: & 1. Sam. 18. v. 2. dicit Saul: dabo David filiam meam Michol, ut fiat illi in *scandalum*, hoc est, sit causa pernitie & exitii. 1. Sam. 25. v. 21. Abigail ad Davidem dicit: ne sit tibi in *offendiculum* & scrupulum cordis, quod effuderis sanguinem, hoc est, ne sit hæc cædes gravissima læsio conscientie & famæ tuæ. Pl. 119. v. 165. Pax multa diligentibus legem tuam; & non est illis *scandalum*, id est nulla calamitas eos premit. Ezech. 7. v. 19. *Scandalum* iniquitatis ipsorum factum est, id est, in has calamitates & pœnas inciderunt ob suas iniquitates. Sic ergo in veteri Testamento *scandalum* damnum vel calamitatem denotat. In novo autem Testamento vox *scandali* aliter accipitur, pro occasione spiritualis lapsum aut ruinæ, qua quis quoquo modo fit deterior, aut in vera pietate languidior: quod fieri potest, vel dicto, vel facto, sive exemplo in moribus. Et in hac significatione in hac concione de scandalo differitur.

Est autem duplex *scandalum*, aliud est *datum*, seu inbecillum, contra quod Christus hic agit: aliud est *acceptum*, sive Pharisaicum, quod Christus Matt. 15. v. 14. indicantibus Apostolis contemnendum esse ostendit. In hac usurpatione ipse Christus & ejus Evangelium sunt *petra scandali*, Esa. 8. v. 14. Rom. 9. v. 32. 1. Petr. 2. v. 6. Sic Paulus scribit 1. Cor. 1. v. 23. Nos prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem *scandalum*, Gentibus autem stultitiam. Quia enim tum species personæ, tum ratio doctrinæ & religionis Jesu Christi Judæis minus fuit plausibilis: Ideo facti sunt ab eo alieniores, & prorsus ipsius hostes. Culpa autem non fuit in Jesu, ut pote qui ipso facto se talem Messiam esse commonstravit, qualem Deus in Scriptura prædixerat: sed in ipsis Judæis, qui Messiam non secundum Scripturas, sed secundum rationis suæ cerebrum habere cupiebant. De hoc accepto scandalo Christus hic non agit, sed de scandalo dato.

Porrò *scandalum* duobus modis dari potest, vel dicto, vel facto. 1. Ad dicta pertinent, doctrina sive falsa, sive mixta & scrupulosa: quæ vel audientes in doctrina salutis incertos facit, vel interdum occasionem præbet, ut verbum DEI odio & contemptui habeamus, vel apertas superstitiones & illicitos cultus invehit. Item prava colloquia, quæ bonos mores corrumpunt, 1. Cor. 15. v. 23. obscœnitas, stultiloquium, *εὐπρεπείλια*, Ephes. 5. v. 4. turpes facetiæ, scurrilia dictæria, cantilenæ obscœnæ & impuri joci. Quod etiam pertinent sinistri sermones, qui vel de mortuis vel de absentibus sparguntur, unde femina simultatum, odiorum & rixarum oriuntur. 2. Ad facta pertinent, si quis vel palam faciat ea, quæ sunt illicita, & legibus DEI adversantur, unde alii exemplo inducuntur, ut illud factum imitentur, sicque peccent. Ut enim qui cum claudo habitat, subclaudicare discit: ita qui multum conversatur palam impiis, blasphemis, concionum contemptoribus, ab illis scandalizatur, & eadem vitia induit. Vel, si quis in

Harm. Tom. I.

illis, quæ per se non sunt mala, verum licita, imprudenter & indiscretè versatur, ut ea actione infirmioribus scandalum præbeat. Sic Paulus Rom. 14 & 1. Cor. 8. & 9. multum disputat de libertate Christiana, quomodo ea in esu Idolorum & aliorum ciborum lege prohibitorum non sit abutendum, ad scandalum infirmorum. Eodem modo idem Paul. Gal. 2. v. 11. Petrum reprehendit, quòd facto scandalizaret Græcos, subducendo se ipsorum conversationi, eò quòd submissi venissent fratres à Jacobo. Et quando sic scandalum, sive dicto, sive facto, datur, tum Scriptura vocat facere peccare, Exod. 23. v. 33. inducere peccatum super aliquem, Exod. 32. v. 21 delinquere facere, Lev. 4. v. 3. Sic Jeroboam, sic Achab & alii Reges peccare fecerunt Israelem, sicuti passim in libris regum illud legitur.

II. Super his scandalis Christus hoc in loco gravem instituit querelam: *Va mundo ob scandala.* *Va* hoc dolentis est: ac si Medicus dicat, *va* isti homini ab hac ægrotatione. Sic Christus dicit, *va mundo*, quia scandala in eo futura sunt valde vulgaris & usitata. Et si oculos parumper in orbe terrarum circumferamus, videbimus ubivis per omnis generis ordines plena plaustra scandalorum in eum invehit. In Ecclesiastico ordine, quot passim inveniuntur, qui superstitiones seminant, idolomaniam fovent, phanaticas opiniones propagant: & qui in doctrina sinceri sunt, aliter tamen vivunt quam docent: quorum alii superbia, alii ebrietate, alii levitate, alii aliis vitiis scandalum præbent? In politico ordine Magistratus scandalizat subditos, quando ipse bonas leges violat, justitiam non colit, exactionibus subditos præterfas & necessitatem opprimit, scortationi, lusionibus, aut aliis vitiis est subjectus. Scandalizant parentes liberos, si domi pteces negligant, nomen DEI blasphemant, otiosi vagentur, lusu & luxu sint dediti. Tunc enim liberi idem sibi licere opinantur. Scandalizant divites egenos, eosque ad impatientiam provocant, quando his esurientibus ipsi luxuriantur: & vicissim pauperes divitibus sunt scandalo, quando elemosynis datis improbe abutuntur, suæque petulantia ipsos in largiendo tenaciores efficiunt. Mulieres & puellæ sæpè scandalam præbent viris & juvenibus, & hi illis vicissim, quando sibi in vicem vel gestu, vel nutu, vel dictæria atque vestitu, mutua libidinis irritamenta subministrant. Atque hæc & his longè atrociora sunt in mundo tota die. Ideo non immeritò Christus hic dicit: *Va mundo propter scandala.*

Dicat autem quis, cur Dominus hic addit: *Necesse enim est, ut veniant scandala?* Si est necesse, omnino sic à Deo erit ordinatum, & quis hominum potest id præcavere? Ergo qui alios scandalizat, ex necessitate id facit, ac proinde non peccare videtur. Resp. Hoc loco phrasin *necesse est* rectè est accipienda. In scholis enim docetur, duplicem esse necessitatem: unam absolutam, quæ impediri nequit. Ut quòd DEUS est bonus, justus, æternus, & c. illud est absoluta necessitate. Alteram hypotheticam, quando ex præsuppositione certarum causarum necessario aliquid sequitur. Ut quando Medicus ex inordinata diætâ ægri alicujus concludit, necessario ipsum mori. Hoc sequitur, non ex necessitate fatali, sed ex necessitate

Pppp 2 cessitate

cessitate conditionata. Sic quod Christus hic dicit, *neceſſe eſt venire Scandala*, non ſic eſt accipiendum, quaſi fatali neceſſitate & vi divini alicujus decreti iſtud fiat: aut quaſi DEUS cuicumque hominum neceſſitatem imponat, ut alios ſcandalizet. Nam DEUS noſter non eſt DEUS volens iniquitatem, Pſal. 5. v. 5. Et mox Chriſtus ipſe denunciatione pœnæ conteſtabitur, ſibi ſcandala omnia vel maximè eſſe adverſa. Itaque vocabulo *neceſſe* Chriſtus non reſpicit Patris ſui ordinationem, qui mallet nulla in terris oriri ſcandala. Sed intuetur Diabolum, & impietatis ipſius adminiſtros in mundo. Hi non poterunt quieſcere, ſed indefeſſo ſtudio hoc unicum agunt, ut quam plurimos per ſcandala à via ſimplicitatis deturbatos abripiant in latam viam exitii & interitus. Vult ergo Chriſtus omnes Chriſtianos monitos eſſe, ne ſint in cavendis ſcandalis ignavi, ſiquidem nihil magis ſit metuendum in curſu pietatis, quàm ne ſcandalis ab eo retrahatur. Nam Satanas varia objicit ſcandala: ea mundus adauget, & peccatum, quod in electis etiam hæret, illa apprehendit. DEUS autem permittit Satanae, ut electi probentur. 2. ut in Eccleſia quiſquiliæ excutiantur à tritico. Quod autem DEUS permittit & prævidit ſcandali, ex eo nullam neceſſitatem ex parte DEI ſtatuerè poſſumus. Neque enim propterea, quia DEUS præſcit, ſcandala eveniunt: ſed quia hæc eventura erant, DEUS prævidit. Sicuti Eccliſis, ſive ſolis, ſive lunæ, non propterea fit, quia Mathematicus eam prædicat: ſed quia certò illa futura erat, ideo Aſtronomus prædicere potuit.

III. Ut tanto plus Dominus commonſtret, ſe à ſcandalis omnibus proſuſe eſſe alienum, gravem pœnam minatur authoribus ſcandalorum. *Ve homini*, inquit, *per quem venit ſcandalum. Ve hoc indignantis eſt & pœnam denunciantis.* Cujus pœnæ atrocitatem per Comparationem ob oculos ponit: *melius illi eſſet, ut mola aſinaria ſuſpenſa de collo, ſubmergeretur in profundum maris.* Et cur non? Si enim Deut. 27. v. 18. maledicitur is, qui cœcum errare aut impingere facit in itinere: quanto magis is, qui hominem anima & corpore avertit à via pietatis. Inter quatuor ſuppliciorum genera apud Judæos uſitata, Rabini hoc atrociffimum numerant. Quia illi, qui lapide molari ex collo ſuſpenſo in maris abyſſum demergebantur, indigni judicabantur, qui unquam vel ſolis aſpectu vel aeris beneficio ruruſus fruèrentur. Sicuti 2. Macchab. 12. v. 3. Joppitæ Judæos ſcapis impoſitos in mari ſubmerferunt, non minus ducentos. D. Hieronymus hæc Chriſti verba ſic intelligit, quaſi dicere voluiſſet, ei qui ſcandalum dedit, utile eſſe, pro expiatione ſui delicti, hoc graviffimum ſupplicii genus ſubire, quo æternum ſupplicium, quod commeruerit, evadat. *Expedi* enim, inquit ei, quia multo melius eſt pro culpa brevem recipere pœnam, quàm æternis ſervari cruciatibus. Non enim puniet DEUS bis in idipſum. Hoc poſterius certò falſum eſt: quia certè DEUS ſceleratos, niſi pœnitentiam agant, & hic & illic, & temporaliter & æternaliter puniet. Non ergo eſt ſenſus: ſiquis poſt datum ſcandalum demergatur, tum eum defunctum ſua pœna. Sed fatius eſſe, ut prius demergatur, & quidvis potius patiat, quam ut det ſcandalum. Quia qui ſcandalizaverit puſillos, is atrocio-

res ſubiturus eſt pœnas, quàm ſi ſaxo collo ipſius alligato, in profundum maris demergeretur. Impii enim in abyſſum inferni mittentur, non aliter, quam ſicut Apoc. 18. v. 21. fortis angelus lapidem molarem magnum in mare miſit. Et quando in noviffimo die miniſtro, vel magiſtrato, vel parenti dicitur: tu in illà tua vita ſcandalum præbuiſti auditoribus, ſubditis, liberis, & in eo Satanae aſſimilatus, qui ſcandalizavit primos parentes, jam ergo manſio tua erit cum ipſo. An non putas talem optatum eſſe, ut in hoc mundo ſubmerſus fuiſſet, antequam alios ſcandalizaret, ne in æternum damnari cogeretur? *Mola* autem *aſinaria* dicitur ad differentiam mola trufatilis.

Hæbant enim Judæi duplices molas: alia leviores hominum manibus, (de quibus Matth. 24. v. 41. duæ molentes in molâ) alia gravioreſ à jumentis circumagebantur. Et de tali graviore Chriſto hic eſt ſermo. In molis etiam ſuperior lapidis, Deut. 24. v. 6. dicitur *ἄμυδιον*, inferior autem lapis, qui ſubſternitur, dicitur vel *νεαπέτρα*, quia aliter ei tanquam menſæ ſuper imponitur, vel *ἄμυδιον*, quia inſtar aſini alterum, qui circumagitur, ſuſtinere cogitur. Quanquam aliqui velint ipſum ſic dici ab *ἀμύδιον*, quod ſignificat moveo vel circumago: quia circa hunc lapidem ſuperior mola vertatur. Chriſtus ergo ex pœnæ atrocitate culpæ magnitudinem oſtendere voluit. Talis enim proſcijiendus erat in *pelagum maris*, id eſt, in medium mare, ubi illud profundius eſt.

Quod autem Chriſtus dicit, qui ſcandalizaverit unum ex puſillis iſtis, qui in me credunt: illud non eſt ita accipiendum, ac ſi impune liceret ſcandalizare alios, qui non eſſent puſilli, aut qui non crederent in Chriſtum. Chriſtiani enim ita vivere debent, ut nemini ſint ſcandalo, neque doctrina neque vita, ſive illi ſint creduli ſive increduli. 1. Cor. 10. v. 32. Sine offenſione eſtote Judæis & gentibus, & Eccleſiæ Dei. Et 2. Cor. 6. v. 3. nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum. Sed Chriſtus ita loquitur, ut medeatur vitio ſuperbiæ noſtræ, quod fere nos ad ſcandalum perpetrandum impellit: dum nimirum puſillos non tanti faciendos arbitramur, ut propter illos quicquam vel fieri vel omitti debeat. De pueris etiam diſputant quidam, quomodo credere poſſint. Et putant fuiſſe puerum adultiorem, quales fuerint, Matth. 21. v. 15. qui Chriſto Hoſanna cecinerunt: vel tales, quibus Joannes 1. Epift. 2. v. 14. ſcripſerit. Sed circumſtantia commonſtrant, fuiſſe hunc puerulum admodum infantem & tenellum. Alias enim Chriſtus eum non in *ulnas ſuas ſuſcepiffet*: ut jam taceam, quòd pueri vel paululum ſaltem adulti, ad ambitionis vitium etiam ſint proni. Ex verbis itaque Chriſti rectè colligimus, etiam infantes Chriſtianorum in Chriſtum credere. Dicis: quomodo credere poſſunt, cum verbum DEI non audiant: & tamen fides eſt ex auditu? Rom. 10. v. 17. Reſp. Omnino fides eſt ex auditu: ſed non ex eo ſolo. Chriſtus enim operatur per verbum & Sacramenta. Infantes itaque Chriſtianorum, licet ſidem non habeant ex auditu, habent tamen illam ex Sacramento initiationis, apud cujus adminiſtrationem & verbum DE I recitatur, & ardentes preces ad DEUM pro infantis regeneratione funduntur. Virtute ergo promiſſionis Chriſti accipiunt

piunt Spiritum sanctum & salvantur. Et hac de causa improbitas & perfidia Anabaptistarum est tantò major, quòd infantes Sacramento baptismi privant, sub hoc prætectu, quasi à fide essent alieni. Esto ergò, quòd infantes natura fide careant: ea ipsa tamen de causa per baptismum Christo offerendi sunt, hincque precandus est, ut eos fide donet. Quæ preces Ecclesiæ, ex fide factæ, non sunt inanes, sed exaudiuntur. Et quòd infantes fide donari possint; id demonstratur exemplo Johannis Baptistæ: qui in utero matris Spiritu sancto repletus est; ut ad salutationem Mariæ & adventum Christi Domini sui subsilierit, quòd certè sine fidei motu nequaquam factum est. Et quòd in Joanne extraordinariè factum est, illud hodie Dominus ordinariè operatur per baptismum, qui est lavacrum regenerationis. Ephes. 5. v. 26. in quo Spiritus regenerationis & renovationis in nos effunditur opulenter, Tit. 2. v. 5. Quòd si autem infantes in baptismo regenerantur, omninò necesse est, ipsos ex incredulis factos esse fideles.

IV. Docet etiam modum, quomodo scandala sint cavenda. Desumit autem simile à Chirurgis, qui, si quando vident, unum membrum adeò esse corruptum & putridum, ut nisi resectetur, totum corpus pereat, tum adhibent hunc versum.

Ense rescindendum, ne pars sincera trabatur.

Ideo dicit: *Si scandalizat te manus tua, abscinde eam.* Idem mox de pede & oculo etiam faciendum monet. Origenis error, quo is hæc verba secundum literam intelligenda censuit, crassior est, quam ut refutationem mereatur. Nos verum sensum breviter indicemus. Vult Christus dicere; nihil adeò charum, nihil adeò gratum nobis esse debet, quin illud abjiciamus & rescindamus, si per scandalum nobis occasionem præbere velit, à lege Dei recedendi, Deumque offendendi. Satius enim est in hac vita omnibus oblectationibus & adminiculis desistui, quam æterna beatitudine privari. Debet autem hoc fieri dupliciter, tum quoad nos, tum quoad proximum. 1. Quoad nos, sunt hæc membra abscindenda, vel, ut Paulus Col. 1. v. 5. loquitur, mortificanda. Quia unicuique sui oculi possunt præbere scandalum, ut respiciat ad mundi fastum, illecebras, levitatem. Hic *eruat*, vel potius, ut David dicit Ps. 119. v. 37. avertat oculos suos, qui id sentit, ne videant vanitatem. Sic alteri *manus* potest esse scandalum, ut eam extendat ad illicita, & contractare cupiat ea, quæ juxta legem Dei sunt prohibita. Hic *amputa* eam, reprime & cohibe cupiditatem habendi. Satius est Irum & Lazarum in hac vita esse, olim autem celestium thesaurorum participationem fieri, quam totum mundum lucrari & animæ iacturam facere. Aliis *pedes* scandalum sunt, quòd eos deportant vel ad commensationem, vel ad lusus, vel ad alias levitates. Esti autem tibi jucundum esset inebriari, etsi utile foret aliquid lusu lucrari: quia tamen parvulos offendis, quia propriæ animæ scandalum ponis ad interitum, *abscinde pedem*, abstine ab illicitis istis: satius est ad breve tempus evanida voluptate hujus mundi carere, quam cælesti gaudio privari, & in novissimo die æternis cruciatibus adjudicari. Sic ergò transeundum est

Harm. Tom. I.

per omnes affectus, & attendendum, quomodo illi nos seducant à Deo: sique istud fiat, sunt ex corde eradicandi. Sic in Papatu sunt multiplices modi emergendi: si accedas ad Missam, si tonsuram accipias, amplam potes obtinere Præbendam. Sed caveas à scandalo, quòd & propriæ animæ, & proximo tuo infirmo ponis, & proinde pravas illas cordis appetitiones excinde. Frivolum ergò est hic disputare: Quare Dominus tantum illa membra hic nominavit, quæ in corpore nostro bina habemus: quia nimirum nihilominus vivere possimus, si maximè uno oculo, una manu, & uno pede careamus. Non autem vivere queamus, si caput abscindatur, & cor eruat. Atque sic Dominum tantum possibiles & tolerabiles abdicatones præcipere. Imò Dominus vult totam carnem frenari, & domari desideria membrorum cum affectibus & concupiscentiis, & cavere à cupiditatibus, quæ adversus animam militant, ne si depravatae carni frenum laxemus, gratia Dei excidamus & in gehennam agamur. Ideò rectè D. Hieronymus dicit: Omnis truncetur affectus, ut omnis propinquitatis amputetur.

2. Quoad proximum hæc verba ita sunt accipienda. Si quis tibi tam conjunctus, tam utilis, tam necessarius esset, ac manus dextra, pes, oculi, & tibi scandalum præberet, cuius objectu à pietatis cursu deflecteres, segregate ab istius hominis confortio. Satius est ipsius conversatione in hac vita etiam cum molestia & damno carere, quam illa fruendo in æternum damnari. Exempli gratia. Est in aula cujusdam sive principis sive comitis alius quispiam juvenis sive princeps sive comes, in politicis consilio perspicax, in bellicis manu promptus, in conversatione pedibus agilis: sed qui parum timeat Deum, preces negligat, blasphemias crepet, verbi ministerium contemnat, conciones aspernetur, bonis ore detrahat, pudicitia virginum & matronarum insidietur, suoque exemplo etiam alios inficiat, utque periculum sit, ne scandalum hoc longè lateque serpat. Ibi Christus præcipit, *abscinde eum*, remove eum à tuo confortio, & ex tua aula: satius est te splendorem aulae tuæ minuire, quam cum sodali tuo in ignem æternum abjici. Sic Chrysostom. hunc locum non de membris corporalibus, sed de amicis, quos ut necessaria membra habemus, accipit. Origenes Sacerdotes per *oculos* intelligit, per *manus* magistratum & dimicantes, per *pedes* plebem. Possunt etiam per *manus* intelligi cognati, tanquam collaterales, per *pedes* ministri, per *oculos* Doctores, Magistri, Consilarii. Quisque item sibi ista applicet, pro qualitate locorum & personarum.

Porro locum, in quo alios scandalizantes supplicium suum sustinere debent, exprimit *gehennam*, ipsum infernum per illam intelligens. Fuit autem vallis in suburbio Hierosolymæ, versus Orientem & Meridiem, admodum fertilis & amœna, quæ antiquitus dicebatur *vallis Ben* sive filiorum *Emmon*, Jos. 18. v. 16. in hac posterioribus temporibus reges Judæorum erexerunt Moloch idolum Ammonitarum, ubi Judæi idololatrici liberos suos parvulos Cacadæmoni exurebant. 2. Par. 28. v. 3. Dicebatur etiam vallis Tophet, propter strepitum tympanorum, quæ adhibebant sacrifici, ne parentes ejulationem filiorum conflassent.

Pppp 3 gran

grantium exaudirent. Christus hoc nomen ad infernum apposite transtulit, quia etiam in eo animæ damnatorum ustulabuntur, igne æterno & inextinguibili. Diaboli autem suis sarcinis & tripudio tantos tumultus excitabunt, ut damnatorum ejulatus & lachrymæ in æternum exaudiri non possint. Id eò Marcus ex Jesa 66. v. ult. ter addit: *ubi vermis illorum non moritur, & ignis non extinguitur.* Quibus verbis metaphoricè duplex in inferno pœna, una corporis, altera animæ, denotari existimatur. Per *vermem* indicatur continuus conscientia remorsus, & assidua peccatorum perpetratorum ruminatione in anima: per *ignem* verò sensibilis pœna, & exquisitissimi cruciatus in corpore. Apud Jesaiam autem additur: Egreſſentur & videbunt cadavera virorum, qui prævaricati sunt in me. Est simile desumptum à victoribus, qui strage peracta, & hoste ex campo fugato, progrediuntur ad contemplandos casos. Sic in novissimo die, Diabolo cum impiis ex hoc mundo ejectione, prodibunt pii cum rege suo triumphante Jesu Christo, ut videant impios, justo Dei judicio æternæ morti addictos. Et quidem ex cadaveribus in prælio cæcis & tabo diffluentibus vermes ob putrefactionem enascuntur, qui cadavera occisorum consumunt: At impiorum cadavera non consumuntur, *vermis eorum non moritur*: quærent mortem, sed non inveniunt eam: desiderabunt mori, & mors fugiet ab ipsis. Apoc 9. v. 6. quin fumus tormentorum illorum ascendet in secula seculorum Apoc. 14. v. 11.

V. His quæ hæcenus contra scandalum à Christo dicta sunt, subjicit Marcus sententiam, quam plerique durè cum præcedentibus cohærere autumant: sed, si contextus rectè attendatur, sensus satis planus erit. Alludens enim Christus ad pœnas ignis infernalis, cujus modo mentionem fecit, hæc sententia docere vult, satis esse, nos in hac vita spiritali igne verbi, Spiritus ac crucis condiri, Deoque offerri, sicuti omnes victimæ condiantur, & postea DEO offerantur, quam illo æterno & inextinguibili igne perdi. *Ignis* vocabulum in Scriptura plura habet significata, in primis autem tria, quæ præſenti loco conveniunt. 1. Ponitur nonnunquam pro verbo Dei, quia illud exurat opera Diaboli, nempe idololatrias, & veterem Adamum cum suis fructibus: & denique, quia etiam mundum ipsum oppugnet, Jerem. 5. v. 14. Ecce pono verba mea in ore tuo in ignem, & 23. v. 29. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis? qui scilicet omnia consumit. Lucæ quoque cap. 12. v. 49. Christus Evangelium suum vocat ignem, quia à parvis initiis exortum totum mundum reformavit & repurgavit. Et Malach. 3. v. 2. Christus docens dicitur quasi ignis conflans. Apoc. 11. v. 5. dicitur, quod ignis exeat de ore duorum testium Dei, & devoret inimicos eorum, quod de ipsorum doctrina intelligendum est. 2. *Ignis* etiam interdum Spiritum sanctum notat, quia vivam & ardentem quandam Zeli flammam in pectore piorum accendat, & omnes pravæ ac impuræ Satana mundi & veteris Adami fordes in homine reliquas adurat & consumat. Sic Matth. 3. v. 11. Baptista dicit, Christum baptizaturum in Spiritu sancto & igni, hoc est ardentibus motibus charitatis & zeli in corde excitatis. 3. *Ignis* et-

iam crucem significat, 1 Cor. 3. v. 15. Servabitur sic, tanquam per ignem. Crux enim & tentationes hominem ad veram pietatem excitant, & veteris Adami corruptionem atque pravæ concupiscentias exurunt. Eadem est ratio vocabuli *salis*, qui & ipse in Scripturis tam doctrinam quam crucem denotat. Doctrinam, quia quemadmodum *Sal* carnibus aut aliis ejusmodi rebus appositum, abluendo nimias & noxias humiditates, & veluti constringendo nativam rerum virtutem, eas à corruptione præſervat, sic etiam doctrina verbi divini spiritaliter animas & pietatem cordis servat, consumendo pravos humores carnis seu veteris Adami, cum suis motibus ac cupiditatibus. Quemadmodum enim *Sal* cibus additum, condimentum ipsis affert, prohibet ne cibus in ventriculo prius putrescat, quam coquatur, & calorem denique ventriculi atque appetitum excitat: ita doctrina verbi DEI sulcitat novum hominem, Spiritum ejusque dona, armatque & munit contra Satana tela & mundi machinationes, quæ putredinem homini afferre possent. Crucem etiam *sal* denotat, ob mordacitatem. Nihil enim magis veterem hominem mordet, arrodit atque moleſtat, ac crucis gravitas. Alludit ergo hic Christus ad locum Lev. 2. v. 13. ubi à DEO præcipitur, ut omnes hostiæ sale condiantur, & postea per ignem DEO offerantur, & vult innuere, eam esse humanæ naturæ corruptionem, ut nisi spiritali hoc sale homines condiantur, instar cadaverum, (quorum modo ex Jesa. 66. mentio facta est) aut putrefactæ carnis coram Deo foeteant, ac proinde ad nihil proficiunt, quam ut in æternum illum & inextinguibilem gehennæ ignem abiciantur. Quapropter hoc spiritali igne & hoc sale homines condiendos esse, si gratiam & viventem hostiam, Rom. 12. v. 1. se DEO offerere velint. Agnoscamus ergo hinc naturalem nostri ipsius corruptionem, quæ ad putredinem spiritualem & corporalem propendemus, nisi nobis subveniatur.

Cæterum, quomodo hæc ignis & salis conditura adhibeatur, illud indicat, dum dicit: *Sal bonus est.* Eo enim ipsis in memoriam revocat, quod Matth. 5. v. 13. dixerat, eos esse salem terræ, ratione sui ministerii. Ut enim in ædibus carnes non sibi ipsis salem aspergunt, ne putrescant, sed paterfamilias id per ministros suos facit: ita homines non natura & sponte sua ad hunc ignem & salem, quo condiantur, properant, sed Deus ipse in Ecclesia ministerium instituit, & huic verbum suum credidit, atque vult, ut ministri in hoc igne & sale, aspergendo nulli operæ, nulli fidei parcant, sed assidui & seduli disciplinæ & salutis publicæ cultodes sint, sicque quantum in ipsis est, præcaveant, ne scandala in mundo longè lateque serpent. Hinc Jesaïæ dixit, c. 58. v. 1. Clama, ne cesses, quasi tuba, exalta vocem tuam, &c. Jerem. 1. v. 10. Ecce dedi verba mea in os tuum, & constitui te hodie super gentes, & super regna, ut evellas & destruas, & disperdas, & dissipas, & ædifices & plantes. Ezech. 3. v. 37. Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel, &c. Christus Luc. 24. v. 47. jubet in suo nomine prædicari pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, quod sine correptione seria & severa fieri non poterit. Paulus quoque Timotheo suo scribit, 2. c. 4. v. 2. Prædica verbum, insti-

insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Hoc modo ministri homines igne & sale condire debent. Et si ipsi ministerio suo minus fructuosè, ob putridam hominum pravitatem, defungi possint, Magistratus pius ipsis opem ferat, sicque re ipsa commonstret, se Ecclesiæ nutritium esse, Jelsæ 49. vers. 23.

Se autem sal insulsus fuerit, in quo condietis? Ah hoc nimis verum est. Quando enim alicubi verbi ministri in suo officio sunt negligentes: aut ipsi prava doctrina vel malo vitæ exemplo auctoritatem suam prostituunt, tum omnis disciplina eorum corrumpitur, passim scandala enascuntur, ita ut publica vitia nullius auctoritate corrigi, nullius imperio coerceri possint. Si quis hujus rei exemplum habere velit, intueatur Majorum nostrorum ætatem: Cum sub Papatu *sal insulsus* factus esset, ita ut extincta verbi divini luce solæ hominum traditiones dominarentur, ibi tantum superstitionum & vitiorum chaos in Ecclesiam investum est, ut per satis bene multa secula, nulla Imperatorum & Regum potentia, nulla Conciliorum auctoritas, nullæ Ecclesiæ preces illud corrigere potuerint. Addit igitur gravem parænesin, quæ non tantum Apostolis, sed etiam omnibus verbi ministris, adeoque toti Ecclesiæ dicta esse debet. *Habete in vobis ipsi salem, & pacem habete inter vos invicem.* Vult, ut tum singuli, tum tota Ecclesia, & in hac præcipuè verbi ministri, habeant in se salem sapientiæ, nempe sinceræ doctrinæ, Spiritus ac disciplinæ: ac simul sint pacis acmunitæ concordia studiosi. Hæc enim sunt duo principalia ornamenta, & cum primis salutaria Ecclesiæ bona. De quibus etiam apud Zachariam Dominus agit, c. 8. v. 19. Veritatem tantum & pacem diligit. Et qui hæc duo Ecclesiæ bona promovere studet, ille non ambitiosè & stultè de primatu in Ecclesia altercabitur, ut modò Apostoli fecerant, cui morbo Christus hoc præcepto mederi cupit. Est ergò notatione dignum, quod videmus, Christum hic *salem & pacem* conjungere. Plurimè enim opinantur, concordiam in Ecclesia tolli, & contra charitatis regulas peccari, si sal verbi divini ita spargatur, ut omnes corruptelæ & phanaticæ opiniones taxentur, aut ut publica morum disciplina strictè urgeatur. Tum enim odia, rixas, contentiones & inimicitias oriri putant. Sed Christus hoc disertè negat, & *salem cum pacis* studio jungens, docet, tum potissimum Ecclesiæ suam pacem constitutam, si verbi ministri salem constanter ita spargant, ut nihil præterquam Dei gloriam & hominum salutem querant, quæcumque autem cum his pugnant; ea mordacitate sui salis condiant. Hæc enim ratione multi improbi corriguntur, ut ad rectam vivendi vitam redeant, & cum rectè credentibus, quos prius averfati fuerant, rursus pacem colant. Nam quando Domino placuerint viæ viri, etiam inimici ejus vertentur ad pacem. Proverb. 16 v. 7. Qui verò in improbitate sua persistunt, eos DEUS coercebit, & cavebit, ne ipsorum malicia pacem Ecclesiæ evertat.

VI. Addit conclusionem præcedentium duorum concionis membrorum: *Videte ne contemnatis unum ex his pusillis.* Per *pusillos* autem rursus in

Harm. Ton. I.

telligit non tantum ætate parvulos: sed etiam qui parvulorum similes ab uno Christo dependent, ac propterea mundo contemptui sunt, qui putarum referre, quid cum ipsis fiat. Et quia hic contemptus generat audaciam scandalizandi: id eò dicit, *ne contemnatis*, & addit, *videte*: innuens, multa cura & sollicitudine hic opus esse. Non frustra autem Christus utrumque membrum in hac conclusione conjungit: quia unum ex altero dependet. Nam si neminem contemnamus, ambitio facile extinguetur, & singuli modestia & submissione inter se certabunt. Hoc si fiat, jam etiam omnia scandalorum fomenta sunt sublata. Poterant hoc Apostoli in seipsis deprehendere. Unde enim hæc ipsorum de primatu disceptatio exorta est, nisi quod alii alios præ se contempserunt, seque ipsis præstare sibi persuaserunt? Unde item provenit, quod non sequenti Christum interdixerunt, ne in nomine ejus amplius damonia eiceret, nisi quòd ipsum præ se contempserunt? Ex his verò multiplicia scandala enata fuissent, nisi Christus mature suis monitionibus occurrisset. Quare autem *parvuli non sint contemnendi*, nec scandalizandi, quantumvis abjecti & humiles, addit rationes.

I. Prima ratio desumpta est à custodia & ministerio angelorum. *Dico vobis, quòd Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in caelis est.* Vult dicere: Si angelos non pudet se submittere ad mandatum Dei etiam minimis: cur id vos puderet? Si item vident vestra facta, & simul faciem Patris cœlestis: cavere ne quenquam scandalizetis, Angeli enim, si peccaveritis, id in caelis referent. Hic est sensus rationis Christi. Potest eadem hoc argumento comprehendere. Qui potentes & robustos habent defensores, illi non temere debent contemni. Parvuli, utcumque coram mundo sunt abjecti, Angelos habent tutores & custodes, eosque non vulgares, sed qui sunt in continuo servitio cœlestis Patris, de quibus illud Esa. 63. v. 9. usurpari potest, angelus faciei ejus salvavit eos. Ergo parvuli non sunt contemnendi.

Ex verbis *Angeli eorum* desumitur doctrina consolatione plenissima, de custodia Angelorum. Disputatum autem est à Patribus, & primum ab Origene, quando nobis angeli custodes addantur, an illud fiat statim in nativitate, an demum post regenerationem. Item: an unusquisque hominum habeat peculiarem angelum, an verò pluribus unus custos sit additus: vel etiam an uni homini plures angeli custodes sint adhibiti; prout Jacobus Gen. 32. v. 2. vidit castra Dei: & Elifæus 2. Reg. 6. v. 17. vidit montem plenum equorum & currum igneorum in circuitu sui. Item disputatum est, an soli pii habeant angelos adjunctos, an singuli homines. Denique aliqui asseruerunt, cuivis homini ab infantia duos angelos, bonum & malum esse additos. In his disputationibus singuli caveant, ne ingenio suo nimium indulgeant, & temerariis assertionibus præsumant aliquid certi statuere de eo, de quo nemo hominum certus esse potest, donec veniat in regionem angelorum, & fiat *invisibilis*. Sufficiat nobis in hac regione mortalium, hoc ex Scriptura novisse, quòd non tantum regionibus & populis, angeli à Deo sunt custodes & tutores constituti, ut patet Exo. 23. v. 20. Dan. 10. v. 13. sed

13. sed etiam pii de præsidio angelorum, sive unius sive plurium certi esse possunt. Nam Psal. 34. v. 8. Angelus Domini castra metatur in circuitu timen-
 rium eum, Pf. 91. v. 11. angelis suis mandavit, ut custodiant pios in viis suis. Heb. 1. v. 14. angeli dicuntur λειτουργικά πνεύματα, administratorii Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis. Non ergo tantum Abrahamus dicere potuit, Genes. 24. v. 7. Dominus Deus cœli mittet angelum suum coram te. Non tantum Jacobus dicere potuit, Genes. 48. v. 16. angelus qui eripuit me de cunctis malis, (quanquam hic locus propriè de filio Dei intelligi debeat.) Non tantum Tobias junior de comitatu angeli gloriari potuit: nec tantum Petrus Actor. 12. v. 11. dicere potuit, Dominus misit angelum suum, qui eripuit me: sed etiam singuli credentes de se ipsis confidenter statuunt, angelorum ministerium ipsis à Deo additum esse. Sicuti antiquitus in populo Dei semper hæc sententia in pretio fuit. Unde Act. 12. v. 15. fideles congregati audientes Rhoden ancillam denuntiare Petri præsentiam, ei dicunt: infans, angelus ipse est. Et singuli experimur, multoties nos ex gravissimis, etiam ignorantes & contra animi voluntatem, angelorum ministerio subduci. Maximè autem quoad infantes res ipsa testatur, illos tot & tantis periculis obnoxios esse, ut nulla parentum sollicitudo, nulla famulorum cura ipsis servandis sufficere posset, nisi angeli custodes adessent.

Prodest hæc consideratio 1. ut bonitatem DEI agnoscamus, eique propterea gratias agamus, quod non tantum terrestres creaturas in nostri ministerium deputavit, sed etiam angelos illos, virtute potentes, facientes verbum illius, Psal. 103. v. 20. superaddit, ut tantò minus de ipsius bonitate dubitemus. 2. Addat eadem nobis consolationem, & confirmet nostram fiduciam, ut eo minus metuamus Diaboli incursum & illusiones: quia angelus Domini nobiscum est, ne Diabolus ullum jus in nos reperiat. 3. Moveat nos, ut sollicitè caveamus, ne vel sermonibus obscœnis, vel vitæ impuritate hosce sanctos custodes à nobis abigamus, sicque nos ipsos necessariò ipsorum præsidio spoliemus. Si enim Paulus 1. Cor. 11. v. 10. voluit mulieres in templo habere velamen super caput propter angelos: quantò magis nobis cavendum, ne coram his custodibus dicamus vel faciamus, quorum nos coram hominibus honestis pudere posset.

Licet autem angelorum custodia certa sit & nobis salutaris: caveamus tamen, ne seducti, eos colere vel adorare velimus. Factum hoc est tempore Apostolorum. Unde Paulus Colos. 2. v. 18. monet, ne θρησκεία τῶν ἀγγέλων decipiamur. Theodoretus quoque testatur, licet Synodus Laodicena hanc superstitionem damnasset; suo tamen adhuc tempore in Phrygia & finitimis locis oratoria sancti Michaelis visa fuisse. In Papatu quoque certas habent preculas ad angelum custodem directas. Lubet unam ex hort. ani. adscribere. Obsecro te, angelice spiritus, cui ego indignus peccator ad providendum commissus sum, ut me, ubi-
 cunque fuero, vigilantem, dormientem, indefinenter protegas, defendas, munias ab omni incur-

su Diaboli. Repelle à me per virtutem S. Crucis omnem tentationem Satanae. Et quod mea non exigunt merita, tuis precibus obtine apud altissimum Judicem, ut nihil in me loci habeat. Et hæc quidem Pontificii precantes rectè se facere optantur. At nos audiamus sanctum illum angelum, qui Johanni revelationem Christi monstravit, & tamen eidem ad pedes ejus, ut ipsum adoraret, prostrato, bis dicit, Apo. 19. v. 10. & 22. v. 9. Vide ne feceris, conservus tuus sum, & fratrum tuorum, habentium testimonium Jesu, Deum adora.

Observatio hæc quoque non est contemnenda, quod angeli, qui pusillis ministrant, eos custodiunt, in manibus gerunt, & circa ipsos castra metantur, hæc officia omnia in terris expediunt; & nihilominus faciem Patris in calis videre dicuntur. Unde manifestissimum est, cœlum, in quo Deus cum majestate sua residet, non per tot myriadas milliarum ultra supremum hoc aspectabile cœlum abesse, sicut Calviniani de eo nugantur. Alioquin enim angeli, quia non possunt simul in pluribus locis esse, non possent & in terris infantibus ancillari, & in cœlo Deo sua servitia præstare. Cœlum itaque, terra & infernus non locorum intercapedinibus, sed beatitudinis & infelicitatis respectu distinguuntur. Ut Aug. de triplici habitaculo. Bernhardus in lib. de anima. cap. 38. & alii Doctores Ecclesiastici pluribus docent.

II. Secundam rationem, qua Christus conclusionem hanc confirmat, desumit à proprio suo exemplo & fine, ob quem ipse in hunc mundum advenerit. Respicit hæc ratio excusationem mundanorum hominum, quam præterdere solent, si quando parvulos contemnunt. Dicunt hoc mereri ipsorum infirmitates quæ contemptum illi generent. Hic vult Christus, nos cogitare, ob quam causam filius hominis in hunc mundum venit: certè non ob firmos, & excellentibus donis præditos: sed venit filius hominis servare quod perierat. Vult à suo exemplo argumentari. Si ego veni ut salvem quod perierat: certè quicumque meus esse volet, cavere debet, ne rursus perdat, quod ego salvum esse volui. Dum ergo dicit, venit filius hominis servare quod perierat, & postea addit, non est voluntas Patris, ut pereat unus de pusillis istis, innuit duplicem esse perditionem: unam Adami, in qua omnes natura hæremus, neque eam jam præcavere possumus. Altera est, qua illi, qui per Christi meritum & mortem, ejusque applicationem in verbo & Sacramentis, ex perditione erepti sunt, denudò per infidelitatem, ad quam per scandalizationem inducuntur, in eandem recidunt. Id enim si fiat, tum Christo Luc. 11. v. 26. & Petro 1. c. 2. v. 20. testibus, posteriora fiunt pejora primis. Et hæc de causa Paulus Rom. 14. v. 15. & 1. Cor. 8. v. 11. tam graviter monet, ne libertate nostra abutentes scandalizemus, atque sic perdamus eos, pro quibus Christus mortuus est.

Argumentum hoc Christus egregie parabola à bonis pastoribus & frugi patribus familiis desumpta illustrat. Et dicit Apostolis suis: Quid vobis videtur? Quasi dicat: Vos ipsos judices appello, an non in re familiari usu venire soleat, ut si quis rem perditam vel amisam (utpote ovem) rursus inveniat, magis gaudeat, quam super reliquis omnibus, quæ non amiserat. Est enim major ille numerus ovium

ovium, quæ non amiffæ erant, patrifamilias etiam gratus & acceptus fit: dolor tamen & anxietas, quæ ex amiffione oborta fuerant, ex recuperatione acceptum gaudium augere possunt. Hanc parabolam ipse ita accommodat: *sic non est voluntas coram Patre vestro in cælis, ut pereat unus de pusillis istis.* Vult dicere: Quemadmodum, si quis centum habeat oves, & una tantum ex eis aberraverit, non sinit eam esse perditam, sed utcumque non magni pretii una est ad reliquas collata, tamen majori cura amiffam quærit, quam reliquas servat, & rursus, ea inventa, majori de ea gaudio afficitur, quam de reliquis salvis: ita Pater meus non vult, ut unus, suorum ovium, sive electorum, quantumvis pusillus & abjectus videatur, pereat, sed potius singulari cura eum quærit, & reliquis electis rursus adungere satagit, cumque is repertus atque ab interitu revocatus fuerit, tum eximio gaudio affi-

citur. Hæc verò dicens Christus: quasi per gradationem has duas suæ Concionis partes concludit. Nemò pusillos, vel abjectos, sive scandalizare, sive contemnere debet, non tantum, quia *angeli eorum sunt ministri*, nec tantum, quia *filius hominis venit, ut ipsos perditos quæreret*; sed etiam, quia *Pater in cælis* singulare gaudium ex eorum inventione & salute accipit. Ad Christi itaque monitionem superbiæ cristas omnes deponant, nemo proximum suum contemnat, sed unusquisque se alius debitorem esse agnoscat, atque alii alios juvent, ut omnes vera fide & indefesso pietatis studio dignitatem filiorum DEI retinere, & in Christo Jesu æternam salutem consequi valeamus.

Luc. 15. hæc parabola de ove perditâ repetitur, sed diverso sensu, & alio fine, ubi, juvante Domino, plenius eam explicabimus.

Periocha concionis de correptione fraterna.

HAstenus nobis Christus primum commendavit humilitatem: deinde à scandalo pusillorum nos deterruit gravibus rationibus: nunc docebit modum corrigendi fratrem peccantem. Neque enim Dominus, quia fratrem offendi non vult, propterea sustulit objurgationem fraternam: neque etiam statim humilis esse desinit, qui fratrem peccantem objurgat. Necesse igitur est, scire modum, quo frater peccans piè & fructuose emendari possit. Hunc in præsentia describit triplici gradu distinctum: quem si peccans admittere nolit, testatur Christus, coram DEO tamen sententiam ab Ecclesia latam pondus habituram. Occasio autem novæ hujus & tertiæ doctrinæ fuit ex præcedenti secunda. Quia enim Christus pusillorum causam adeò studiosè egit, ut illos nulla ratione offendi velit: hinc illi facilè quidvis in offensam rapere poterant, ita ut nec admonitionem, nec increpationem æquo animo latari, sed mox elato supercilio excepturi essent: Tu me offendis & scandalizas: vide quid facias. Ego sum ovicula Christi, quam ipse errantem suis humeris ad ovile reportavit. Habeo angelum, in conspectu DEI te acculaturum, si durius mecum agas. Contrà hanc præposteram pusillorum exceptionem, Christus hanc partem concionis atexit, & docet, pusillum si peccarit, & jure objurgetur, errorem corrigere debere. Sin præter meritum corripitur, utatur ipse quoque hac formula à Christo præscripta. Sic ergò Christus neminem eximit à correptione. Infirmi ea indigent: quia facilè labuntur. Firmiores eam non aspernentur: quia etiam justus in die septies cade-
re potest. Prov. 24. v. 16.

Attendendum autem 1. ad quos hæc doctrina pertineat. Illud Christus indicat, dum dicit, si peccaverit *in te frater*. Ergò de de fratribus ipsi est sermo, qui ejus sunt fidei, & Ecclesiæ membra. Quid enim illi, qui foris sunt, ad nos? Nam eos, qui foris sunt, Deus judicabit. 1. Cor. 5. v. 12. Et si talis, si non admittat trinundinam correptionem, tum demum debeat esse *sicut Ethnicus & publicanus*, utique ante illum contentum admonitionum erit ejusdem confessionis socius. Simul autem admonet Christus, totum hoc negotium fra-

terno animo peragi debere. Qui enim hostili & amaro corde censuram fert, is nunquam animadversionem suam cum fructu perficit. Ideò Paulus dicit 2. Thess. 3. v. 15. Nolito quasi inimicum existimare, sed corripe ut fratrem.

2. Attendendum etiam, in quali casu hæc doctrina valeat. Id indicat Dominus, dum dicit: *eadem animadversionem eis vult, si peccaverit in te.* Sunt enim quedam vitia hominum quasi naturalia, nec magni momenti: ibi non necesse est, ut semper querelæ ingeminentur. Quædam silentio sunt involvenda, & pallio caritatis contegenda, juxta vulgare dictum: Amici vitia noveris, non oderis. Pueriles enim offensæ, & humanæ infirmitates in hunc censum venire non videntur. Sed *adversiva vitia*, talia peccata, dicta vel facta, quibus vel honor Dei, vel dilectio proximi læditur, & in quibus homo perire posset, nisi corrigeretur.

3. Quin & illud attendendum, an privatis tantum detur hæc doctrina, an iis, qui in publico versantur officio. Equidem nihil hic dicitur, quod non ex æquo ad omnes pertineat Christianos. Et quia dicit, si peccaverit *in te frater*, omninò privatas injurias, quæ singulis inferuntur, & quarum remissio in nostra potestate est, intelligit. Et in his non vult nos cupiditati vindictæ indulgere, sed ut potius eos, qui legem caritatis contra nos violarunt, lucrifacere, quam ulcisci vel diffamare studeamus. Interim tamen nihil impedit, quo minus hanc ipsam doctrinam etiam ad publicam Ecclesiæ disciplinam transferamus: sicut illud & ab Apostolis & à Patribus factum esse novimus. Nam illud, si peccaverit *in te*, omninò etiam ita accipi potest, ac si Christus dixisset, si peccaverit *commite*, te conscio, vidente & præsentem. Ut si maximè peccatum aliquod non sit privatum & directè in te admissum, & tamen eo, aut Dei honor violetur, aut proximus offendatur, tum ad removendum scandalum & fratrem in viam reducendum, hic à Domino præscriptus processus est observandus.

II. Quid igitur faciendum in tali casu? Christus totam admonitionem fraternam tribus gradibus inducit: quorum primus sit privatus, alter in testes, tertius publicus. Nos singulos videamus.

1. Dicit;

1. Dicit : *Vade & argue illum inter te & ipsum solum.* Par sanè erat & æquum, ut qui in alterum peccavit, tanquam pars lædens, prior piæ reconciliationis initium faceret. Sed tales plerunque sunt cessatores. Nam *Φιλαντίας* vitio excæcati, vel injurias non observant, quas aliis fecerunt: vel alios non animadvertere arbitrantur: vel non tanti referre existimant, ut de resarcienda concordia sint solliciti. Vult ergò Christus, ut pars læsa prior de componenda offensa & lucrando fratre cogitet. Convenit hoc cum exemplo boni pastoris, quod Christus modo ad imitandum proposuit: & quod ipse Gen. 3. v. 8. cum Adamus ipsum peccando offendisset primus effectum dedit: & adhuc quotidiana praxi in nostris peccatis exercet. Nemo ergò vereatur, ne suæ existimationi aliquid decedat, si ipse læsus de componendo cum fratre dissidio cogitet. Ne tamen lædens contumacior reddatur, sibi que in nequitia sua blandiatur, addit: *argue illum*, hoc est, peccati gravitatem ei ob oculos pone, & quam indignè fecerit commonstra, imò ad DEI tribunal eum cita, & exempla deprome, quomodo DEus confimilia delicta jam ante in aliis punierit. Hoc enim vult verbum *ἐλεγξεν*, *arguere*, ut talis intra conscientiam suam convincatur, se peccasse. Hunc autem primum gradum redargutionis vult institui *inter te & illum solum*, hoc est, privatim, ut intelligat lædens, non suam ignominiam & infamiam, sed emendationem & salutem quæri. Huic redargutioni privatæ si lædens locum concesserit, fructum hujus admonitionis indicat, *lucratus es fratrem tuum.* Magnum revera lucrum. Nam lucratus es eum primum tibi: ut qui tibi ex offensione ista hostis factus fuisset, & fortassis implacabilis atque acerrimas iras adversus te gessisset, jam factus tibi sit amicus. De quo sperare possis illud Salomonis Prov. 18. v. 19. *Frater qui adjuvatur à fratre, quasi civitas firma.* Et ver. 24. *Verus amicus tenacius adhæret, quam frater.* Lucratus deinde ipsum es DEO, qui quantopere hominum conversione & salute lætetur, modo Christus in parabola expressit. Huic verò periisset talis frater peccans, nisi medio admonitionis & correptionis in viam reduceretur.

2. Cæterum *si te non audierit* lædens, si facti sui culpam nolit agnoscere, sed potius in suo peccato perseverare velit, imò, ut rusticorum fert natura, si redargutione illa exasperetur, & præfractor reddatur: nondum tamen vult Dominus illum negligendum, sed omnem lapidem movendum, ut à peccato & interitu suo revocetur. Proinde dicit Christus: *adhibe tecum adhuc unum aut duos*, si forsàn horum auctoritate motus se mitiorem & placabiliorem præberet. Testes duos adscisci vult Salvator, juxta legis præscriptum Deut. 19. v. 15. Tales testes in hujusmodi redargutione plurimum prodesse possunt: ut peccantem, qua par est gravitate moveant: ut quasi arbitri sint, inter partes litigantes, lædentem & læsum: ut sint totius actionis testes, qui testari possint, quam a quo jure cum lædente sit actum, & quomodo is sit convictus atque injurius in suum proximum inventus, quique nullo modo adigi possit, ut dissidii inter se & proximum exorti causam amoliat.

3. Porrò si nec hosce testes & arbitros reveareatur, ut eorum fraternas admonitiones admit-

tat, dic Ecclesie. Quid per Ecclesiam Christus intellectum velit, facile quisque assequitur. Non univèrsam Ecclesiam catholicam in toto terrarum orbe dispersam, sed cœtum fidelium, in certo aliquo loco, sub suo Pastore constitutum. Sicuti Paulus testatur, se scribere Ecclesie Theffalonicensium, 1. Theff. 1. v. 1. & Joannes, se scribere septem Ecclesiis Asiæ, Apoc. 1. v. 10. Ecclesie autem talis indicari, aut, ut loquuntur, denunciari debet, non ut in multitudine diffametur, sed ut totius communis auctoritate sanetur. Sic Paulus 1. Cor. 5. v. 1. incestuosum judicavit & denunciavit Corinthiis, & voluit, ut ipsis in nomine Jesu Christi congregatis & suo Spiritu, cum virtute Domini Jesu, talem tradant Satanæ in interitum carnis, ut salvus sit Spiritus in die Domini nostri Jesu Christi. Et hanc correptionem vocat D. Paulus 2. Cor. 2. v. 6. *ἐπιτιμίαν ἰσθῶ των πλειονων*, increpationem à pluribus factam. Ad quam cum incestuosus iste respicisset, Paulus eum ex vinculis excommunicationis rursus exemit. In primitiva quoque Ecclesia, cum magistratus adhuc gentilis esset, nec delinquentes Christiani absque damno Ecclesie ad ipsum deferri poterant, valdè usitatum fuit, ut peccatores, juxta hanc doctrinam Christi, post unam aut alteram correptionem, denunciarentur toti Ecclesie alicujus loci, id est, Christianis legitime cum suo Pastore congregatis, ibique si impoenitentes persisterent, cum omnium consensu & approbatione ab Episcopo excommunicarentur.

Nam sic Christus hic præcepit. Si ecclesiam non audierit: *Sic tibi sicut Ethnicus & publicanus*, hoc est, excommunicetur, ut vulgò loquuntur, excludatur à communi consortio Christianorum; non admittatur ad absolutionem, non ad communionem Sacramentorum, sive baptismi sive cœnæ dominicæ, ne cibus quidem cum ipso sumatur, 1. Cor. 5. v. 11. eodem loco habeatur, quo Ethnicus, penitus ab Ecclesie societate segregati, aut perditissimæ improbitatis homines. Ad auditum verbi tamen admitti possunt, an DEus per illud operari velit; ut sese emendent, alias toti permittantur Dei judicio, qui tantam contumaciam non inultam dimittet.

Ex his manifestum evadit, Christum hanc doctrinam suis Apostolis communicasse, non tantum ut privatis, sed potius ut eos instrueret, qualiter olim in suo munere, quoad fraternam correptionem, se gerere debeant. Nam verbi ministri, imprimis autem illi, qui ferventioris sunt ingenii, sæpè numero hac in parte peccant. Si quis auditorum apud ipsos de peccato deferatur, protinus in suggestum convolant, & nulla præeunte privata admonitione, licet delinquentem non nominent, sic tamen verbis depingunt, ut ab omnibus digitis monstrari & dici possit, hie est. Aut si quis ipsos offendit, isque postea ad confessionem accedit, indignis modis ab ipsis excipitur, & ob caprinam lanam ab Absolutione & Communione sæpè numero arcetur, nullo præeunte arbitrorum judicio, nulla superiorum cognitione. Tales pastores olim gravem DEO reddidit rationem. Neque enim ipsi Domini sunt Sacramentorum, sed ministri: & claves regni cœlorum, tam ligans, quam solvens, ita sunt ipsis conceditæ, non ut pro suo arbitrio iis abutantur, sed ut juxta præscriptum Christi singulis eas applicent.

Sed

Sed auditores nostri, quandoquidem ex Dei verbo addiderunt, tres gradus admonitionum esse servandos, redargutionum omnium facti sunt impatientes, & mallent omnibus suis pastoribus ora obturare. Privatas admonitiones non admittunt: publicas multo minus audire volunt, præterdentes gradus admonitionum non esse servatos. At novisse debent, duplices esse lapsus peccantium, alii sunt privati, de quibus hic agitur, si peccaverit frater in te: & hi privatis hisce admonitionum gradibus sanari possunt. Alii verò sunt publici, si quis in DEUM & Ecclesiam notoriè peccat. Hi lapsus gradus hosce excludunt, & medicinam magis promptam atque expeditam requirunt. Hinc Paulus Timotheo suo scribit, 1. Tim. 5. v. 20. Peccantes (scilicet publicè & notoriè) coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Paulus quoque Gal. 2. v. 11. Petrum palam reprehendit, nullis præmissis gradibus admonitionum. Imò Actor, 5. v. 3. Petrus Ananiam & Saphiram publicè arguit, sine secreta admonitione, licet eorum peccatum adhuc occultum fuerit. Et hoc fecit ex DEI revelatione. Sunt enim quedam peccata adeò atrocia, DEI honorem lædenda, & sua contagione Ecclesiæ noxia, ut moram admonitionum non admittant, sed subitanam mali abfessionem requirant. Eadem est sententia D. Augustini, sicuti etiam libr. de verbis Dom. serm. 10. proluxè prodit. Summa hæc est. Apostolus dicit: Peccatum coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant. Num discipulus suo Magistro contradicit? Non. Aliquando ergò scies corripiendum esse fratrem solum, aliquando autem coram omnibus. Quid autem ante facere debeamus, intendite & videte. Si peccaverit in te frater tuus, corripere eum inter te & ipsum solum. Quare? Quia in te peccavit, tu scis, quia peccavit? Quid est, in te peccavit? Quia enim secretum fuit quando in te peccavit, secretum quare, cum corrigis, quæ peccavit. Nam si solus nosti quia in te peccavit, & eum vis coram omnibus arguere, non es corrector, sed proditor. Si autem multis audientibus fecit tibi injuriam, & in illos peccavit, quos testes suæ iniquitatis effecit. Ergò ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. Ipsa verò corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Distribuite tempora & concordat scriptura. Hæc ille.

Assuefaciant itaque se tam Pastores quam auditores, ut illi peccantes fraterne monendo, hic admonitiones patienter ferendo, huic doctrinæ Christi sese accommodent. Est enim illa & æqua & salutaris & commoda. Quid enim æquius est, quam fratrem fratris damnum arcere? Quid etiam salutaris, quam fratrem à morte præservare? Qui verò fratrem corripiendo lucrifacit, is eum eripit à morte non corporali, sed spiritali & æterna, in quam per peccatum inciderat. Quid denique commodius ad fratrem reducendum tradi posset, quam ut primum salutis suæ privatim admoneatur, & quidem ab eo, qui ab ipso læsus & offensus est, quique cum ipso de injuria expostulare posset? Quod si hac ratione non promovetur, proximum est, ut duo vel tres testes adhibeantur, quo vel mediocri pudore corrigatur, qui nondum ad infamiam usque progressus est. Quod si nec hæc

ratio succedit, tum demum ad extremum remedium deveniendum est, ut res ad Ecclesiam deferatur. Et licet hoc ipsum cum infamia peccantis junctum videatur: æterna tamen ejus salus quaritur, quæ temporali infamiæ multum præponderat. Sic ergò Christus fideles verbi ministros prudentes medicos imitari docet, qui morbum aliquem curaturi, non statim extrema remedia adhibent, quæ naturæ vim illatura videntur: sed prius tentant talibus pharmacis mederi, quæ naturæ quam minimum obsint. Si verò levioribus se nihil proficere sentiant, tum demum ad vehementiora illa transitum faciunt. Idem faciat verbi minister. Ubi tamen remedium non est sustigatio, lapidatio, suspensio, aut aliud capitale supplicium, sed sit tibi sicut Ethnicus & publicanus, à cujus confortio per omnia abstineas, si forte vel hac ratione confusus corrigi possit.

III. Multa inveniuntur levia ingenia, quæ omnem etiam fraternam correptionem rident, excommunicationem autem vel exclusionem à confortio Ecclesiæ scurrilibus sannis eludunt, sibi quæ nihilominus vinum cibumque sapere asseverant, licet sint segregati: imò opinantur sibi jam majorem licentiam concessam esse, quidvis perpetrandi. Contra horum proterviam jam severe Christus agit, & gravi asseveratione confirmat, sententiam contra ejusmodi impenitentem ab hominibus latam, etiam apud DEUM ratam esse. Amen dico vobis, quæcunque alligaveritis super terram, erunt ligata in celo: & quæcunque solveritis super terram, erunt soluta in celo. Theophylactus hanc sententiam ad omnes tres gradus admonitionum accommodat: neque id ineptè. Nam si mox in prima admonitione frater fratrem lucretur, ut culpam agnoscat & deprecetur, & cum læso in gratiam redeat, illud DEO est gratum, qui de conversione peccatoris lætatur, & in cælis ratam habet remissionem offensæ & injuriæ, quæ inter privatos est acta & transacta. Sin admonitio ista est frustranea & lædens redditur pertinacior, læsus certè fremit, & querelas suas in linum DEI effundit, qui tanquam justus iudex, injurias præter meritum aliis factas non inultas dimittit. Quod enim Syracides dicit cap. 35. vers. 18. Nonne lachrymæ viduæ ad maxillam defluunt, & exclamatio ejus est super deducentem eas? Oratio afflictæ nubes penetrabit, & non quiescet, donec propinquet ad Altissimum, & non discedet, donec Altissimus aspiciat, illud hic quoque locum habet. Dubium ergò est nullum, apud DEUM in cælo ratum esse, quicquid, quoad correptionem fraternam, secundum præscriptum ipsius verbi in communi vita à Christianis peragitur. Rectè itaque dixit Theophylactus: Si offensus, habes eum, qui te injuria affectus, sicut Ethnicum & publicanum, erit ille in cælo talis. Si autem solveris eum, hoc est, ignoveris, erit ei & in cælo condonatum. Non enim solum, quæ solvunt Sacerdotes, sunt soluta, sed quæcunque & nos injuria affecti vel ligamus vel solvimus, & ipsa erunt ligata vel soluta. Hæc Theophylactus dicendo, propterea non confundit ordinariam Ministerii potestatem peccata solvendi ac ligandi, cum hac extraordinaria, quæ fit inter partes litigantes. Neque hoc sequi-

sequitur: quilibet Christianus offensus, si arguerit fratrem, & hic audiens se emendarit, potest ei offensam condonare, & condonatio illa in cœlis est rata: Ergo quilibet etiam Christianus habet potestatem in Ecclesia ministerialiter peccata solvendi & ligandi. Sunt enim hi duo desperati casus, sicut rursus alius casus est, quando tempore necessitatis pius & poenitens Christianus ordinario ministro sive sacerdote desituitur, & alteri Christiano fratri suo peccata confitetur, atque ab ipso Absolutionem perit. In tali necessitatis casu quis Christianus vere poenitentem à peccatis absolvi potest, & quicquid ipse solvit in terra, illud etiam solutum est in cœlo. Ratio est: Quia Christus Jesus nos credentes facit Patri suo reges & Sacerdotes, in gloriam ipsius & imperium sempiternum. Apoc. 1. v. 6. Ut ergo publicum ministerium Ecclesiæ ordinariè tantum pertinet ad personas ab Ecclesia legitime vocatas, qui nomine Dei & Ecclesiæ potestatem ligandi & solvendi habent erga suos auditores: ita in casu necessitatis, eadem potestas recidit ad proximum Christianum quem vis. Potestas enim ligandi & solvendi, ut Matth. 16. v. 19. promissa est Petro, & Johan. 20. v. 23. tradita est omnibus Apostolis: sic hoc in loco traditur à Christo Ecclesiæ, quæ hanc potestatem ordinariè deferre potest personis legitime ad id vocatis, extraordinariè autem & in casu necessitatis unumquodlibet verum Ecclesiæ membrum idem jus habet, eoque ad gloriam Dei & proximi salutem uti potest.

Quemadmodum autem coram DEO ratum est, quicquid in primo admonitionis gradu tractatur & transigitur: ita etiam & multo magis in secundo gradu, qui per arbitros instituitur. Si enim latus per hos sibi persuaderi patitur, ut cum eo, quem offendit, in gratiam redeat, & culpam admissam deprecetur, tum non saltem arbitris illis obsequium, sed & DEO opus gratum præstat, qui similiter in cœlo ratum habebit, quicquid illi in terra pacis & concordia causa stauerunt. Si verò ille contumacior & implacabilior, ne hos quidem audire voluerit, tum Deum graviter is offendit, qui in cœlo ratam habebit sententiam, quam ipsi huic contumaci & irarum tenaci homini denuntiarunt.

Maximè omnium autem coram Deo ratum est, quod in tertio admonitionis gradu decernetur. Si enim quis tam præfracti sit ingenii, ut etiam Ecclesiæ censuram & iudicium contemnat, is factio ipso prodit, se indignum esse, cui ulterius locus in communionem populi DEI concedatur. Quod si ergo ita exclusus, impoentens ad finem usque perseveraverit, sicque mortuus fuerit, nemo dubitet, quin in altera vita pars ipsis futura sit cum aliis Ethnicis & publicanis in stagno igni ardente & sulphure, quæ est mors secunda. Nam DEUS non deerit suæ Ecclesiæ, neque sententiam ab ipsa legitime latam perpetuo contemni patietur, sed viam inveniet, qua huiusmodi contumacior homo puniatur, si non in hoc, certè in futuro seculo.

Ceterum si quis miretur, & scire aveat, unde proveniat, quod sententia illa adversus contumacem vel ab Ecclesia vel arbitris lata, apud DEUM in cœlo, tantum pondus habeat, ut ipse ratificet,

quæcumque in terris ab ipsis ad frangendam illam contumaciam constituta sunt, ei Christus hic duas rationes indicat. Una desumpta est ab efficacia precum, quibus DEUS nihil denegare possit. Altera à præsentia Christi, qui non procul ablit ab eiusmodi actione, sed illi interfit, imo præsit, & proinde firmum acratum efficiat, quicquid in suo nomine peragatur. Hac de causa in Excommunicationis sententia ferenda non precipitanter est agendum, nec temere à quoquam Pastorum, nisi præeunte matura deliberatione superiorum, provolandum, ne nomine Christi, qui interest, abuti videatur. Ideò 1. Cor. 5. v. 4. incestuosum excommunicaturus dicit: In nomine Domini nostri JESU Christi, congregatis vobis & meo Spiritu, cum virtute Domini nostri JESU. Et cum eundem postea rursus ex Excommunicatione eximere vellet, 2. Cor. 2. v. 10. scribit: Cui vos donastis, & ego. Nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi. In primitiva Ecclesia Episcopi, consentiente & approbante tota fidelium multitudine, hanc excommunicationis potestatem exercuerunt. Apud Evangelicos Pastores, si quos habent contumaciores, adversus quos rigidior disciplina vel censura Ecclesiastica exercenda est, querelam suam deferunt ad Superintendentes, & per hos ad Consistoria, quæ ponderatis omnibus circumstantiis præscribunt formam, juxta quam cum contumacioribus sit agendum. Et quia hæc omnia sine precibus non peraguntur, merito Christus his primas tribuit, quas cœlestis Pater exaudiat, & ipsorum acta rata habeat.

Porrò, quod in primâ ratione Christus dicit: si duo consenserint super terram, de omni re, quæcumque petierint, fiet illis. Hoc accipiendum est, juxta illud 1. Joan. 5. v. 14. Quodcumque petierimus secundum voluntatem ejus, audit. Ideò etiam non simpliciter dicit, si duo consenserint, sed si duo ex vobis, veris Christianis & fidelibus, qui non mandana affectione quidvis sibi fieri exoptant, sed secundum Spiritum & voluntatem DEI sua vota instituant. Monet autem nos hæc sententia, qua pietate & quo studio in causis nostris tractandis versari, & quomodo omnia nostra prævia seria precreatione ad Deum incoare debeamus. Hic agit Christus de unico homine, qui præfractor, & difficilior, quam par sit, ab altero in viam reduci nequit, & non contentus monuisse, ut in suo nomine actio omnis instituat, addit insuper, ut inter se conveniant, quid & qualiter felicem successum à DEO conjunctis suis precibus impetrare velint. In primis autem sic affectus communium vel publicarum precum nobis commendatur, quæ coram DEO, si ex concordia animo profluant, majoris efficacia sunt, quam si quisque solitarius pro se tantum precatur. Ideò utitur verbo *εὐσυνφωνῶσαι*, innuens communes preces coram DEO esse jucundissimam *symphoniam*, quæ in auribus DEI melius sonet, quam mulicus concentus.

Debet quidem unusquisque pro se orare: verum multi sunt casus tam in necessitate, quam extra necessitatem, in quibus quis proximum de assistentia in precando interpellare possit. Hinc semper preces publicæ in Ecclesia tam Verens quam

quam Novi Testamenti fuerunt usitata sicut hoc patet ex Joel. 2. v. 16. in publica calamitate; Actor. 4. v. 24. in persecutione contra hostes; Actor. 13. v. 2. in ordinatione Pauli & Barnaba; 1. Tim. 2. v. 1. pro magistratu; Jacob. 5. v. 14. in morbo gravi. Paulus quoque passim in suis Epistolis publicis Ecclesiarum precibus sua vincula, suas persecutiones, suam personam & officium commendat. Et videtur Christus ipse in oratione Domini ea nos ad publicarum precum consensum remississe, quando nos non docuit, quomodo singuli suam modo necessitatem pro se, sed quomodo conjunctim etiam fratrum necessitatem Deo proponere debeant. Pater *noster*, Remitte nobis *nostra* peccata. Qua autem forma preces publicae sint habitae, facile colligere licet. In Veteri Testamento Pontifex exponebat angustias populi, & interim populus etiam orabat, ut Luc. 1. v. 10. in historia Zachariae apparet. 2. Par. 10. v. 12. dicit Josaphatus: Cum ignoramus, quid agere debeamus, hoc solum habeamus residui, ut oculos nostros ad te Domine dirigamus. Omnis vero iudat stabat coram Domino cum parvulis & uxoribus & liberis suis. Multi quoque Psalmi ad publicas preces sunt accommodati. Hanc eandem formam etiam in Novo Testamento Apostoli retinuerunt. Nam ex 1. Cor. 14. 13. patet, ministrum precibus in nota & usitata lingua praevisse, Ecclesiam autem suos gemitus & singulas adjecisse, & tandem totam precationem vocula *Amen* conclusisse atque confirmasse. Prodest autem considerare causas, ob quas publicas preces, de quibus Christus hic testatur, quod Pater eas clementer exaudiat, amare debeamus. Sunt autem haec: 1. Quia Deus vult nos esse fratres & membra per caritatis Spiritum in unum corpus colligata. Joan. 17. v. 21. orat Christus, ut omnes unum sint, sicut Pater in se, & ipse in Patre, ut ita nos in ipsis unum simus. Nihil ergo Deo gratius accidere potest, quam si singuli in oratione in illo vinculo caritatis inveniantur. Idcirco Paulus Eph. 4. v. 3. vult, ut studeamus servare unitatem Spiritus *en τῷ συνδεδεμένῳ* per vinculum pacis. In corpore, si unum membrum laxetur vel frangatur, tum ad reliqua membra per certa ligamenta revincitur, atque sic ad sanitatem reducitur: ita si quis sentiat se infirmus esse Ecclesiae membrum, vel ob nimiam tristitiam, vel ob alias adversitates vel calamitates per publicas preces in caritate se ad reliquum corpus alligari curet, sic majorem relaxationem sentiet. 2. Non est dubium, si in publico preces instituantur, quin ibi ardor precandi crescat. Nam in Ecclesia adest Spiritus gratiae & precum, Zach. 12. v. 10. qui una nobiscum clamat, Abba Pater, & intercedit pro nobis gemitibus inenarrabilibus, Rom. 8. v. 26. In precibus requirit Christus fidem, Marc. 11. v. 24. jam autem mensura fidei inaequalis est, teste Paulo, Rom. 12. v. 6. Qui autem imbecillus est fide, is non multum impetrabit in precatione, Jacob. 1. v. 7. talis ergo properet ad Ecclesiam, & ibi suas preces publicis Ecclesiae precibus adjungat. In Ecclesia est una fides, Eph. 4. v. 5. aut ut habetur Tit. 1. v. 4. *κοινὴ πίστις* communis fides. Si ergo tibi obstat infirmitas tuae fidei, vide ut precetur in communi illa una fide ante faciem Dei veniant, tum etiam illae ipsi gratiae erunt. Et huc respicere videtur

Harm. Tom. I.

Christus vocabulo *συνουσίας*. Si enim in magno templo, congregata tota multitudo, unus forte puer in hoc angulo & duo senes in altero canant, tum cantus omnem amittit gratiam. Illos quoque qui voce suavi destituuntur, suppuderet, si soli in templo canere deberent. At quando totus coetus exultat vocem suam, ibi quidem magnum est discrimen, alius enim clara, alius submissa, alius alta, alius pressa, alius forti, alius infirma voce canit: Sed hoc nemo attendit, totus contentus jucundissimam praebet *συνουσίαν*. Sic quoad preces, si maxime quis infirmus sit precando, si tamen suam orationem reliquorum precibus addat, tum una cum illis ascendit ad Deum, penetrat nubes, suavis est contentus in auribus Dei, nec quicquam ei negari potest. 3. Praecipua autem causa est, quam Christus in posteriore sententia subjungit. Quia ubi est corpus, ibi etiam est caput: ubi Ecclesia praesens est, ibi etiam Christus adest in medio suorum. Hinc ergo proprie publicae preces vocantur, non propter membra, nec propter publicas calamitates: sed quia totius Corporis oratio est inclusa. *Ego sum in medio illorum*, inquit. Quid ibi Christus facit? Non est otiosus, nec tantum intuetur ora & corda suorum: sed una orat, interpellat pro nobis, Rom. 8. v. 34. apparet vultui Dei pro nobis, Hebr. 9. v. 24. est advocatus noster, 1. Joan. 2. v. 1. Offerit ergo simul & preces nostras, & eas Patri acceptas facit. Nos orantes procul stamus, ut Publicantus, Luc. 18. v. 13. sed Christus adest propius accedere, & comparet coram facie Dei, & ita una cum ipso atque per ipsum in toto corpore nobis quoque patet accessus ad Deum, Ephes. 2. vers. 18.

Posteriore sententia Christus testatur nobis perpetuam suam praesentiam apud Ecclesiam & singula ipsius membra in cunctis necessitatibus & angustiis. Consimilem sententiam habet Matth. 28. v. ult. Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Haec promissio adeo clara est, ut ne Calviniani quidem ipsi eam negare possint: tantum hoc ratione eludere conantur, quod haec promissio de nuda & sola Deitate Christi extra & citra humanam ejus naturam intelligenda sit. Sed hac ratione solvunt Christum, duosque eos statuunt: unum, qui in certo aliquo loco praesens sit, Deus & homo unitus: alterum, qui in sola Deitate, humanitate sequestrata, ubique praesens sit per orbem. Hoc falsum est. Scriptura tantum unum docet Christum, incarnatum in lum Dei filium, qui ad dexteram omnipotentis & omnipraesentis exaltatus, ad eandem secum evexit humanam assumptam naturam, in qua tota plenitudo Deitatis inhabitat corporaliter, ut jam ipsa quoque in *λόγῳ* praesens sit, non tantum suae Ecclesiae, sed etiam omnibus creaturis. Christus enim totus, Deus & homo omnibus dominatur, non ex longinquo & immenso intervallo absens, aut per vicariam administrationem, sicut Reges, quando ipsorum imperium per multas provincias late extenditur, facere solent. Sed quemadmodum humana natura in *λόγῳ* existit: ita quatenus *τῷ λόγῳ* personaliter unita est, eatenus etiam in eo omnia coram se praesentia habet, & omnibus praesens dominatur *en τῷ λόγῳ*. Apponatur argumentum, quod Calviniani

viniani rejicere non poterunt. Quicquid aeterno Dei $\lambda\omicron\gamma\omega$ per nexum hypostaticum omnipræsenter unitur hoc & creaturis, (quæ in Deo $\lambda\omicron\gamma\omega$ illocaliter existunt) omnibus, mediante hoc nexu, illocaliter adest. Humana Christi natura Deo $\lambda\omicron\gamma\omega$ omnipræsenter hypostatico nexu unitur. Ergo & creaturis omnibus in Deo $\lambda\omicron\gamma\omega$ illocaliter existentibus illocaliter adest. Major exemplo animæ & corporis, quo simili Patres usi sunt, illustrari potest. Calumnia itaque est, quod Calviniani nobis portentosam expansionem & diffusionem carnis Christi per cælum & terram affingunt. Atqui divinitas ipsa omnia præsentia habet sine extensione: quid ergo opus est coextensione carnis? Caro non in seipsa vel localiter præsentia est, neque Ecclesiæ neque reliquis Creaturis, sed illocaliter $\epsilon\nu\tau\omega\lambda\omicron\gamma\omega$, totaliter in ipsa habitante, omnes creaturas præsentia videt & ipsis adest.

Observent autem Theologiæ studiosi, diversos esse gradus præsentia Christi ἑαυθώπια , apud suos in Ecclesia (de quo gradu in hac sententia agitur) & apud omnes creaturas. Ut enim vulgo in scholis quatuor gradus præsentia Dei, & quidem recte, numerant: ita iidem quatuor gradus etiam humanæ Christi naturæ accommodari possunt. Nam 1. humana natura præsentia est $\tau\omega\lambda\omicron\gamma\omega$ filio Dei *personaliter*, cui unita est $\alpha\omicron\nu\gamma\chi\upsilon\tau\omega\varsigma$, $\alpha\tau\epsilon\acute{\rho}\theta\eta\omega\varsigma$, $\alpha\delta\iota\alpha\iota\tau\epsilon\tau\omega\varsigma$, $\alpha\chi\omega\epsilon\lambda\iota\sigma\omega\varsigma$, inconfuse, inconvertibiliter, indivulse, & inseparabiliter, & proinde in æternum ab eo divelli nequit. Quod enim filius Dei semel assumpsit, in æternum amplius non deponit. 2. Eadem humana natura $\epsilon\nu\lambda\omicron\gamma\omega$ præsentia adest sanctis angelis & beatis animabus in cælo *glorioso*: ut indefinenter nunc videant claritatem ejus, quam dedit ipsi Pater, Joh. 17. v. 24. 3. Eadem humana assumpta natura adest $\epsilon\nu\lambda\omicron\gamma\omega$ Ecclesiæ suæ *gratioso*: Ecclesiam suam gubernans, ejus ministerio benedicens, per baptismum homines

regenerans, in sacra Coena corpore & sanguine, suo suos pacens, piorum preces exaudiens, hostes coercens, & tandem fideles ab omni malo liberans. 4. Eadem humana assumpta natura præsentia adest $\epsilon\nu\lambda\omicron\gamma\omega$, & non in loco omnibus creaturis *universaliter*, eas creando, conservando, ad destinatum finem dirigendo, intra limites à Deo ordinatos continendo, & tandem etiam, ubi finem suum consecuta sunt, destruendo. Sic ergo humana Christi assumpta natura $\epsilon\nu\lambda\omicron\gamma\omega$ collocata est in thronum divinæ majestatis, non ut ibi otiosa desideat, aut interdum cum sanctis dispiciatur: sed ut adhibeatur gubernationi totius Universi, ita ut juxta Athanasium filius Dei IN assumpta hac sua humana natura, CUM ea, & PER eam, omnia divinitatis suæ opera exerceat & exsequatur.

Quin & hoc observandum. Quia Christus hic in statu exinanitionis dicit: *Ubi duo vel tres in nomine meo sunt congregati, ibi sum in medio eorum*, quod veritas ejus dicti sit credenda: ita ut etiam tum, quando duodecim Apostolos emisit binos, Marc. 6. v. 7. & postea rursus septuaginta binos & binos, Luc. 10. v. 1. ipse præsentia sua gratia, ipsis affuerit. Item quando Hierosolymis Nicodemus & Josephus de Arimathea, aut Capernaumi centurio, Regius & Jairus in nomine Christi convenerunt, ipse in medio eorum fuerit. Quanto magis ergo nunc, postquam assumptus est in gloriam, ubique suis adest cooperans & sermonem prædicatum confirmans, Marc. 16. v. ult. Ipse enim est filius ille hominis, qui ambulat in medio candelaborum aureorum, hoc est, particularium Ecclesiarum in orbe dispersarum, & in manu sua habet stellas, hoc est, non tantum Doctores, sed etiam veros fideles, qui in medio perversa & prava nationis lucent tanquam luminaria in mundo, Apoc. 1. v. 13. Philip. 2. v. 15.

CAPUT XCIII.

CONTINENS COLLOQUIUM PETRI CUM
CHRISTO DE OFFENSA FRATRI REMITTENDA,
MATTH. 18. v. 21.

RATIO ORDINIS.

Praterequam quod particula continua-tiva ἰστορῶν , quam Matthæus ponit, nos certiores reddit, sequens hoc colloquium præcedentem concionem recta insecutum esse, etiam ipsæ Circumstantiæ idem commonstrant. Quia enim Christus in extrema parte concionis suæ docuerat, fratri, si redargutionem audiat & admittat, ignoscendum esse. Sicuti Luc. 17. v. 3. Christus in repetitione hujus Concionis diserte addit: *Si penitentiam egerit, dimite illi*. Placuit Petro hanc quæstionem Christo proponere, quot vicibus ei ignoscendum sit: ad quam Christus eleganti parabola

respondet, qua primo quidem doctrinam suam, hæctenus in Galilæa propositam, quasi in unam summam contrahit: monens omnia eo directa esse, ut discamus Deo rationem reddendam esse de vita nostra: & quia in judicio consistere minime possimus, operam dandam, ut gratuitam peccatorum remissionem à Deo impetremus: qua impetrata cavendum esse, ne eam denuò amittamus, sed ut constanter eam ad finem usque retineamus. Et quia hæc amitti possit per immiserordiam erga fratres: iccirco reconciliationi cum proximo identidem studendum esse.

COLLO.